posito deus. Sic nō est qd̄ iam queras quibus meritis sperem? bona: p̄sertim cū auidias apud prophētā. Nō p̄pter uos: sed p̄pter me ego faciā: dicit dominus. Sufficit ad meritū: scire qd̄ nō sufficiāt merita. S; vt ad meritū satis est de meritis nō p̄sumere: sic carere meritis satis ad iudicium est. Porro infantiū renatorū neminē carere meritis. sed x̄pi habere merita. Quib? se tamen indignos reddunt: si sua iungere (nō nequiterint) sed neglexerint: qd̄ quib? periculū iā aduēte etatis est. Merita p̄o: inde habē cures: habita data noueris: fructū speraueris dñi mīam: et omne periculū euasisti: paupertatis: ingratiuitatis: p̄sumptionis. Pernitiosa paupertas: penuria meritorū: p̄sumptio autē spūs: fallaces diuitie. Et ideo diuitias et paupertates ne dederit mihi dñe. ait sapiens Felix ecclesia cui nec merita sine p̄sumptione: nec p̄sumptio absq; meritis deest. Habet unde p̄sumat: sed nō merita. Habet merita: nō ad p̄sumendū sed ad p̄merendū. P̄sum non p̄sumere: nōnc p̄mereri est. Ergo eo p̄sumit securus: quod non p̄sumit: et nō est qd̄ confundat in uerbo glorie. cui multa materies gloriā di? mic dñi multē: et ueritas dñi manens in eternū. Quid nī glorie? secura. in cui? testimoniū gl̄e mia et uitas obuiauerūt sibi. Si ne igitur dicat dilectus meus mihi: siue uideat expectari dñm et intēdit mihi: siue etiā dñs sollicitus est mei: vel si que sunt cuiusmodi uoces alie atq; alie: que diuini quendā affectū ac singularē fauorez erga aliqd̄ similiter exprimerē uideātur: nihil horuz a se alienū putabit: cui ratio p̄sumēdi dñi cōstitutio est: p̄sertim cū non alteram uideat sp̄sam alterā ue ecclesiā: cui possint fieri: q̄ non possunt nō fieri. Ergo de ecclesia patz qd̄ in nullo illa omia sibi aptare uerebitur. De uina aīa querit etiā si sit spiritalis et sancta: liceat ne illi vllō modo audere in talibus. Hec enī p̄rogatias omnes vnus illius catholice multitudinis: ob quā oīa fiunt vna de multitudine arrogabit sibi: quā talibet emineat sanctitate. Et ideo difficilis ut sentio ego inueniē: si tamen inuenietur: quomodo possit licere. Ande necessarium reoz alio istud sermone tēptari: nec modo ingredi uias scrupulose disputationis: quarū adhuc extitū ignoz: amas: nisi prius super uerbo abscondito oratū fuerit ad eū qui aperit et nemo claudit: p̄sum ecclesie lesum christum dñm nostrum. qui est su-

per omnia deus benedictus in secula. Sermo. lxx. Qualiter oīs altitudō se extollens aduersus sciam dei uideat et de aduētū et mansiōe patris et uerbi ap̄ aīam deū diligētē et familiaritate que inde inter deū et animā contrahitur. Flectus meus mihi et ego illi. Hanc uocem uniuersali ecclesie sermo superior assignauit: p̄pter factas sibi a deo p̄missiones uitate eius q̄ nūc est pariter et future. De ala p̄posita questio est. q̄a nō potest sibi arrogare uina: qd̄ uiniūstas audeat nec aliquo modo ad se trahere illā. Si nō licet: referam? oportet ita ad ecclesiā: vt nullaten? ad personā. Nec modo hāc: sed et reliquas uoces similes huic loquētēs grandia (uerbi gr̄a) expectari dñm: et isēdit mihi: et si quas alias sermo superior p̄strinxit. Qd̄ si quis licere putat: ego nō abvno: sed iter est cui nō enī cuiusq;. A. Porro habet ecclesia dei sp̄uales suos: q̄ nō modo fideliter: sed et fiducialiter agāt in eo cū deo quasi cū amico loq̄ntes: testimoniū illis p̄hibente p̄sciētia glorie hui? quā illi sint id quib? penes deū: tu x̄o audi qualē te esse oporteat si talis vis esse. Qd̄ tñ dixerit nō quasi expert? s; quasi expiri cupiēs. Da mihi aīam nihil amantē p̄ter deū: et qd̄ p̄pter deū amandū est. cui uiuere x̄ps nō tantū sit: sed et diuiniā fuerit: cui studij et ocū sit. uideri dñm i p̄pectu suo semp: cui sollicitē ambulare cū dño deo suo (nō dico magna) sed vna uoluntas sit: et facultas non desit: da in q̄ talē aliā quā aīam. et ego nō nego dignā sp̄si cura maiestatis respectu: dñantis fauore: sollicitudine gubernātis. Et si uoluerit q̄sari nō erit insipiens tñ vt qd̄ gloriā: in dño gl̄icē. Ita i q̄ multi audēt: audet vn? s; alia rōe. Hēpe scētāz multitudinē cause supradicte fi dentē faciūt: scētāz aīam duplex qd̄ ratio. P̄imo qd̄ qd̄ hēat i natura simplicissima sp̄si diuitas: q̄s vnū respicē multos: et q̄s multos vnū. Nec ad multitudinē mult? erit nec ad paucitatē rarus: nec ad diuinitatē diuisus: nec restrict? ad vnū: nec anx? ad curas: nec p̄turbat? seu turbulēt? ad sollicitudines. Sic sanerū itēt? vt nō uerētus: sic plurib?: vt nō uisēt? Deinde qd̄ vt p̄bare suauissimū: ita rarissimū p̄basse est: tāta est dignatio dñi: tāta beniuolētia p̄ris dñi erga bñ affectā et bñ p̄positā aīam (qd̄ qd̄ est ip̄m p̄ris mun? et ubi opus est) vt quā sua ra-

dispositio:

q̄ h̄ se h̄ sp̄tus:



li benedictioe fuerint. et preparaverit sibi
sua quoque dignentur presentia: et ita ut non mo-
do ad conveniant: sed etiam apud eam massi-
onez faciant. Ad enim sufficit exhibere: nisi
copiam sui prebeant. Quid est venire ad aiam
verbum? Erudire in sapientia. Quid est pa-
tre venire? Afficere ad amorem sapientie: ut
vivere possit. quia amatrix facta suz forme
illi. Patris diligere est. et ideo patris adu-
tus ex infusa dilectione probatur. Quid fa-
ceret absque dilectione eruditio? Inflaret.
Quid absque eruditione dilectio? Erraret.
Denique errabat: de quibus dicebat. Testi-
monium illis prohibeo quod zelus dei habet: sed
non secundum scientiam. Ad decet ipsam verbi ef-
fectu stultitiam: porro elata pater non sustinet. Pa-
ter enim diligit filium: et omnem altitudinem extol-
lentem se aduersus scientiam verbi semper in promptu
habet deicere atque destrueret: sicut immitten-
do zelum: sicut in te dedit: quorum alterum me
alterum iudicij est. Et inquam omnem in me ex-
tollentiam comprimam. imo deiciam et ad nihilum
redigam: non accedet furor sed infusus amor. Et in-
na viscera non supbire: sed in te potius quam in
one magistrum. Dicitur enim in furore tuo arguas
me sicut angelum extollentem se in celo: neque in
ira tua corripas me sicut hominem in paradiso.
Ambo iniquitate meditati sunt altitudinem
affectantes: ille potentiam: iste scientiam. De-
niqz creditur insipiens mulier pollicenti sed
seducenti eritis sicut vis scientes bonis et
malis. Nam sese ante seduxerat: cui persuase-
rat simile fore altissimo. Nam qui se putat
aliquid esse cum nihil sit: ipse se seducit. **B**
Verum traque altitudo deiecit est: sed in ho-
mine mitius iudicatur ita illo: qui omnia facit
in pondere et mensura. Nam angelo in furo-
re punito immo damnato: homo ira tantum
sensit et non furor. Nempe cum iratus fuit
mie recordatur est. Propter hoc semen est
filij ire et non furoris: versus in hodiernum diem.
Si non nasceretur ire filius: non opus esset re-
nasci. Si furoris nasceretur: aut non corrigi-
set aut non profuisset renasci. Ad videre furo-
ris filium: Si vidisti sathanam tanquam fulgur ca-
dentem de celo: quod est in impetu furoris pro-
cipitatur: cognouisti de furore dei. Denique
non est recordatur: mie sue: quia cum iratus fu-
erit mie recordabitur: non cum iam versus ad furo-
rem exarscrit. **E**t filius discordie. Ad
quosque ex adu sunt qui nati in ira: ipsi sibi
iram in furorem: virga in baculum: immo in
malleum diabolica obstinatione conuertunt. De-
niqz thesaurizant sibi iram in die ire. Ira aut

q. h. d. o. s. p. o. s. a.

Vide it. r. a. q. 6. f. 20
293. d. i. f. o. r. e. t. i. a. z.

accumulata quid nisi furor? peccauerunt pec-
catum diaboli: et diaboli sententia percellit
tur. **E**t etiam quibus mitius quibusdam fi-
liis ire: qui nati in ira non expectauerunt re-
nasci in gratia: nempe mortui in quo nati
tre filij permanebunt. Ire dixerim non furoris:
quia ut piissime creditur et humanissime ge-
mitur. mitissime sunt pene totum quo addi-
cti sunt aliunde trahentium. Ergo in furore
diabolus iudicatur est: quia iuenta est iniquitas
eius ad odium: hominis autem ad iram: ideo in
ira corripit. Ira omnis altitudo conuulsa est: et
que inflat et que precipitat: patre nimis ze-
lante pro filio. Et tibi quis siquidem iniuria fi-
lii est: et deusurpata potentia aduersus vir-
tutem dei que ipse est: et de presumpta scien-
tia aliunde quam a sapientia dei que nihillo-
min' ipse est. Dicitur. quis similis tibi? Quis
nisi ymago tua? Quis nisi splendor et figura
substantie tue? Solus in forma tua: solus
non rapinam arbitrat' esse se equalis tibi:
altissimus? altissimi filius. Quomodo non equa-
lis? Etiam vnu estis: ipse et tu. Sedes illi a de-
xtris tuis: non sub pedibus? Quo pacto au-
det quis quaderet locum vniuenti tui? Pro-
cipites. Pone sibi sedem in excelso: substa-
tatur cathedra pestilentie. Ite quis docet
hominem scientiam? Nonne tu o clavis vni-
uerse aperiens cuiusvis: et cuius claudens? Et quo-
modo sine clauis ad thesauros sapientie et scie-
ntie. immo irruptionis temptabatur? Qui non
intrat per ostium: fur est et latro. **E**t Petrus
ergo intrabit: qui clauis accepit. **P**ater
tamen solus: nam et me si voluerit introducere:
aliumque excludet quem forte voluerit: in sci-
entia et potestate sibi vana desuper. **E**t he-
clauis. **Q**ue? Potestas apertendi et claudendi
atque in se excludendos et admittendos discretio
Et non in serpente thesauri sed in christo. Et ideo non
potuit dare scientiam serpens quam non habu-
it: sed qui habuit dedit. Nec enim ipse potuit
habere potentiam quam non accepit sed qui
accepit habuit. Dedit christus: accepit petrus
nec istatus de scientia: nec precipitandus
de potentia. **Q**uare? Quia in neutra extol-
lit se aduersus scientiam dei. qui nihil horum
preter dei scientiam affectauit: sicut ille qui do-
lose egit in conspectu eius: ut inueniatur in
iniquitas eius ad odium. Quomodo denique pre-
ter scientiam dei qui se scribit apostolus iesu
christi sed presentiam dei patris: Et hec dicta
sunt pro eo quod incidit de zelo dei que incidit in
puaritates angelum hominumque: nam in ambo-
bus reperit prauitatem. qualiter videlicet in

Sermo. LXX.

ira et furore suo destruxerit omnem altitudinem
extollentem se aduersum scientiam dei. **D**
Nunc iam recurrendum ad zelum misericordie
id est non qui intenditur sed qui immittitur:
quoniam qui intenditur ut iam diximus iudicij
est: et satis nos terruit ex memoratis exem-
plis tamen grauius punitor. Propter ea ideo
mihi ego ad locum fugi a facie furoris dicitur:
ad illum tyrici pietatis zelum suauiter ardē-
tem: efficaciter explantem. Nunquid non ex-
piat caritas? Et potest. **E**gi quod opiat me-
titudinem peccatorum. Sed dico. Nunquid
non ydonea est seu sufficiens ad desiccandam
humiliandamque omnem extollentiam oculorum
et cordis? Et maxime. Nam non extollitur:
non inflatur. Si ergo dicitur iesus dignetur ven-
ire ad me vel potius in me: non in zelo furoris
et ne in ira quidem: sed in caritate et spiritu
mansuetudinis: emulans me dei emulatioe
(quid enim ita deit caritas: nempe adu-
sus est) si in ista uenerit. in hoc cognoscam
quod non sit solus: sed uenerit etiam pater
suis cum eo. Nam quid equo paternum? Pro-
pter hoc nempe non pater uerbi tantum: sed
et pater misericordiarum est appellatur: quod
immutabilem habeat misereri semper et parcere.
Si sensero aperiri mihi sensus ut intelligam
scripturas: aut sermonem sapientie: quasi
ebullire ex intimis: aut infuso lumine desu-
per reuelari mysteria: aut certe expandi mi-
hi quasi quoddam largissimum celi gremium: et
vberiores de sursum influere animo medi-
tationum imbres: non ambigo ipsorum adesse.
Verbi siquidem hec copie sunt et de plenitudi-
ne eius ista accipimus. **Q**uod si se parit
infuderit humilis quedam sed pinguis inti-
me aspersiois deuotio: ut amor agniti-
uitatis necessarium quoddam odium uanitatibus
in me generet et contemptum: me forte aut scie-
tia inflat: aut frequentia uisitationum extol-
lat me: tunc procius paterne sentio agi me
cum: et patrem adesse non dubito. Si autem
preuenero huic dignationi. dignis semper
quod in me est affectibus et actibus respon-
dere: et gratia dei apud me vacua non fuc-
rit: etiam mansionem apud me faciet tam
pater enutrens quam uerbum erudiens. **E**
Quanta putas ex hac in aetate inter animam
et uerbum familiaritatis gratia oriatur:
quanta de familiaritate sequatur fiducia. Ad
est ut opinor quod iam talis anima diuine
uereatur dilectus me? mihi: que est eo quod
se diligere et uehementer diligere sentit: etiam
diligit nihilominus uehementer non abigit.

ac de sua singulari intentione: sollicitudine:
cura operum: diligentia: studioque quo incessanter
ardenter inuigilat quem admodum pla-
ceat deo: que hec omnia in ipso indubitan-
ter agnoscit: recordans permissionis eius: in
qua mensura mensi fueritis remetietur uobis.
Nisi quod redibitione gratie prudens
sponsa ad suam magis cautam est trahere pe-
tem: sciens se preuentam potius a dilecto.
Inde est quod illius operam prefert: dile-
ctus inquilens meus mihi: et ego illi. **E**r-
go ex propositis que sunt penes deum agnos-
cit: me dubitat se amari que amat. Ita est
amor dei amoris anime parit: et illius pre-
currentis intentio intentam animam facit.
sollicitudoque sollicitam. **I**nfecto enim qua ue-
litate nature et semel reuelata facie glo-
riam dei speculari anima poterit: mox illi con-
formari necesse est: atque in eandem ymagi-
nem transformari. Igitur qualem te pater
ueris deo: talis oportet appareat tibi deo.
Cum sancto sanctus erit: et cum uero inno-
cente innocens erit. Quid ni eque et cum
amante amans et cum uacante uacans: et cum
intento intentus: et sollicitus cum sollicito?
Denique ait. Ego diligentes me diligo: et qui
mane uigilauerint ad me inuenient me. **E**t
des quemodo non solum de amore suo cer-
tum te reddat si quidem tu amores illuz: sed
etiam de sua sollicitudine quam pro te ge-
rit: si te senserit sollicitum sui? **I**gulas tur-
vigilat et ipse. **C**onsurge in nocte in peinci-
pio uigiliarum tuarum accelera quantus uis
etiam ipsas anticipare uigilias: inuenies
eum: non preuenies. **T**emere in tali nego-
tione uel prius aliquid tribuis tibi uel plus.
Et magis amat: et ante. Si hec anima scit:
miraris quod illam maiestatem quasi cere-
ra non curantem soli sibi intendere glorie-
tur: cui soli ipsa postpositis curis omnibus?
tota se deuotione custodit? **S**ermo sineque
desiderat. sed unus dico spiritualibus qui in
uobis sunt mirum quidem sed uerum: anti-
mam deum uidentem. haud secus uidere
quam si sola uideatur a deo. **E**a ergo fidu-
cia dicit illum intendere sibi seque illi: nihil
preter se et ipsum uidentem. **B**onus es domi-
ne anime querenti: occurris. amplectere
ris sponsum exhibes qui dominus? **E**rimmo
qui es super omnia deus benedictus in secula.
Sermo. lxx. Unde sponsum dilectum
dicatur: et de ueritate mansuetudine: et in-
stilla ceterisque uirtutibus que sunt illa in-
ter que pascitur.

q. h. d. o. s. p. o. s. a.

p. n. t. a. d. e. i. t. u. s. f. e. h. t.



Flectus meus mihi et

ego illi: qui pascitur inter lilia. Quis huic iam imputet presumptio vel insolentie si se dicat inisse societate cum illo qui pascitur inter lilia? Etiam si inter sidera pascere eo solo qui pascetur nescio quid magni videri possit cum eiusmodi amicitias seu familiaritates habere. Aliquid proorsus ignobile et humile sonat pasci. Hinc vero cum et pasci inter lilia phibeat detectiois adiectio longius amouet: et pulsat temeritatis notam. Quid enim sunt lilia? Iuxta verbum dicitur fenem quod hodie est: et cras in clybanum mittit. Quatus est iste qui feno pascitur: quia si vnus agnorum et vitulorum? Et agnus plane et vitulus fagnat. Sed tu forte vigilans aduertisti non pabulum hoc loco designari sed locum: nec enim est dictum liliis eum pasci sed inter lilia. Esto non fenem comedit ut bos. in feno tamen versari et super fenem discubere instar vni de turba quod eminentie habere potest. Quid vero glorie huic habere dilectum illi qui hoc egerit. Et secundum litteram quidem ipse feruere curia et cautela prudencie et in loquendo satis apparet. vtiq; disponens sermones suos in iudicio: et rex gloria verborum modestia temperantis. Alias autem non ignorat vnum esse et qui pascitur et qui pascitur inter lilia como: antequam et regnarem super sidera. Et libentius dilecti humilia memorat: propter humilitatem quidem ut dicitur magis autem quod exinde cepit esse dilectus: ex quo et pasci. Nec modo erinde: sed inde. Nam qui in altissimis est dominus: in imis est dilectus: super sidera regnans inter lilia amans. Amabat et super sidera quia nunc et non potuit non amare qui amor est: sed donec ad lilia descendit: et pasci inter lilia comptus est: nec amatus est: nec factus dilectus. Quid? Non est amatus a patriarchis et prophetis? Est. sed non prius quam visus est: et ab ipsis inter lilia pasci. Nec enim non viderunt quem prouiderunt: nisi ita quis absque spiritu sit: ut videntem in spiritu potest videre nihil. Unde ergo videntes (nam sic prophete appellati sunt) si nihil viderunt. Unde est quod voluerunt videre que non viderunt: nec enim poterant velle videre in corpore. quem in spiritu non vidissent. Sed dico. Nunquid omnes prophete? Quasi omnes videre voluerint: aut fuerit omnis fides? Sed enim qui viderunt aut prophete fuerunt: aut prophetis acquiescentes. Et tenet credidisse vidisse est. Non modo namque qui per pro-

appetit ut amare

phetie spiritum. sed et qui per fidem videt si quis ipsum quoque dicat videre in spiritu: mihi non videtur errare. Ita ergo quod ad lilia descendere et inter lilia pasci dignatus est is qui omnis pascitur dilectum fecit illi: quia non potuit ante diligi quam agnosci. Ac per hoc cum de dilecto facta mentio est: pulchre et illud memoratum est. quod dilectionis et agnitionis extitit causa. Querenda in spiritu relectio hec inter lilia: nam cor porream cogitare ridiculum est. Quia ipsa lilia spiritalia (si quidem potuerimus) demonstranda a nobis erunt. Puto et hoc quoque dicere nos oportebit. unde inter lilia pascatur dilectus: liliis ne ipsis an aliis inter lilia reconditis herbis vel floribus. Et in his illud mihi difficilissimum apparet: quod pasci non pascere perhibetur. Nam quia pascatur dubium non est: nec enim indignum est. Et pasci indigentiam sonat: et ne spiritualiter quidem sine iniuria maiestatis facile illi posse assignari videtur. Nec ego sane recordor versus modo aduertisse me in cantico hoc pastum vsquam perhiberi. cum pascens puto recordemini et vos mecum. Denique postulat ubi aliquando demonstrari vbi in meridie pasceret et cubaret. et nunc quidem quod nec vbi dixerat perhibet pasci. sed non similiter postulat locum indicari sibi: sed ipsa indicat: assignans inter lilia. Hinc illud non nouit. quia eque presto esse non potest quod sublimiter in sublimi est: et quod humile et super terram. Sublime opus: sublimis et locus: nec accessus ad eum versus adhuc vel ipsi sponse. Et ideo semetipsum exinanuit versus ad hoc ut pascere ipse oium pastor. et inuentus est inter lilia. et visus ab ecclesia: ad amatum est ab inope pauper: factus dilectus. propter similitudinem. Non solum autem sed et propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam. quod per eius scilicet promissiones adimplete sunt: quod iniquitates remisse sunt: quod superbi demones vna cum principe suo iudicati sunt. Talis ergo apparuit qui merito amaret: verax. pro se: mitis hominibus: iustus pro hominibus. Vere amandus et totis medullis cordis amplectendus sponsum. Quid tam cunctet ecclesia totam se tota deuotione committere tam fido redditore: tam pio indulgore: tam iusto propitiatore? Porro miserat propheta dicens Specie tua pulchritudine tua. intende prospere. An species hec pulchritudo? Puto ex liliis. Quid lilio speciosus? Sic nihil formosus sponso. Que sunt ergo il-

Sermo. LXX.

la lilia: e quibus species decoris eius? Procede iquit et regna: propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam. Lilia sunt lilia in quo? Orta de terram: nitentia super terram: eminentia in floribus terre: fragrantia super odorem aromatum. Ego iter hec lilia sponsum et oino ex illis speciosus et pulcher. Alias enim quod dilectus ad carnis firmam spectam: non erat ei species neque decor. Bonum autem liliu veritas. candore conspicuum: odore precipuum. Denique candore est lucis eterne splendor et si gura substantie dei. Liliu plane quod ad nona benedictione terra nostra produxit: et parauit ante faciem oium populorum lumen ad reuelationem gentium. Donec sub maledicto fuit terra: spinas et tribulos germinauit. Et nunc veritas de terra orta est: domino benedicente: speciosus oino quidam flos campi et liliu conualliu. Agnosce liliu ex candore qui mor in ipso exortu floris de nocte pastoribus emicuit dicente euangelio. quia angelus domini stetit iuxta illos: et claritas dei circumfulsit illos. Bene dei: quia non angeli: sed lilius candore. Ille aderat: sed illud micabat ab versus bethleem. Agnosce liliu et ex odore quo et longe positus innotuit magis. et quod dem stella apparuit: sed eam minime viri graues secuti fuissent: nisi itima quada sua uolentia ortu liliu traheretur. Et vere liliu ueritas cuius odor animat fidem: splendor intellectum illuminat. Leua etiam oculos nunc in ipsam personam ubi qui in euangelio loquitur ego sum veritas: et vide quam competenter veritas lilio comparetur. Si non aduertisti aduerte de medio floris huius quasi uirgulas aureas prodeuntes innotuit candidissimum flore: pulchre ac deceter disposito in coronam. et agnosce aureas in christo diuinitate humane coronatam puritate nature. id est christum in dyademate. quo coronauit est mater sua. Nam in quo coronauit eum pater suus: lucem forstan habitat inaccessibiles. nec posses modo illu videre in eo. Sed de hoc alias. Hinc uero liliu ueritas est. Est et mansuetudo. Et bene liliu mansuetudo: habens innocencie candorem et odorem spei: qui sunt reliquie iquit homi pacifico. Bone spei uir mansuetus nec minus etiam in presenti lucidum quoddam ueritas est. socialis exemplar. An non liliu que lucet officio: redoleat spe? Adde quod sicut ueritas de terra orta est: ita et mansuetudo. Hinc quis dubitet ortum de terra agnum dominatorem terre: illu agnum qui ad occisionem ductus est: et

non aperuit os suum. Nec tantum mansuetudo seu ueritas de terra orta est: sed et iusticia propheta dicente. Rorate celi desuper ei nubes pluant iustum: aperiantur terra et germinet saluator: et iusticia oriat simul. Quod autem iusticia liliu sit: recordare de scriptura: quia iustus germinabit sicut liliu: et floreat in eternum ante dominum. Nequaquam liliu hoc hodie est: et cras in clybanum mittitur quod in eternum floreat: et floreat ante dominum cuius in memoria eterna erit iustus: et ab auditione mala non timebit: illa scilicet auditione qua in clybanum ignis peccatores tre iubetur. Porro huius liliu candore cui non splendet: nisi cui non placet: Denique solus est sed non ille qui oritur super bonos et malos. Neque enim qui dicturi sunt sol iusticie non ortus est nobis lucem illius quadoque uiderunt uiderunt autem quotquot audierunt: uobis qui timetis deum orietur sol iusticie. Ergo candore huius liliu apud iustos fragrantia etiam versus ad iniquos diffundit: et si non in bonum ipsis. Denique audiuimus iustos dicentes. quia christi bonus odor sumus in omni loco. sed aliis quidem odor uite in uita. aliis odor mortis in morte. Quis uel sceleratissimus iustus non probet opinionem quamuis non amet opus? Et beatus si se non iudicat in eo quod probat. Iudicat autem probas bonum et non amans: ideoque non beatus plane sed miser. propterea condanatus iudicio. Quid eo miser? cui odor uite non uite: sed mortis nuntius est? Immo nec nuntius quidem: sed baiulus. Sit multa apud sponsum et alia lilia preter hec que ex propheta inciderunt nobis: ueritatem loquor et mansuetudinem et iusticiam nec erit difficile iam cui libet uestrum similia reperire per semetipsum in orto tam deliciose sponsum. Abundat et superabundat talibus. Quis illa enumeret? Impe quod uirtutes tot lilia. Quis finis uirtutum apud dominum uirtutum? Quod si plenitudo uirtutum in christo: et liliu. Et fortassis propterea se liliu appellauit: quod totus ueretur in liliis et oia que ipsius sunt lilia sint: conceptio ortus: conuersatio: eloquia: miracula: sacramenta: passio: mors: resurrectio: ascensio. Quid horum non candidum: et non suauissime redolens? Tanta denique in conceptioe refulsit superni luminis claritas de superuenientis abundantis spiritus: ut ne ipsa quidem secula sustinisset: si non sibi obubratu foret a dextere altissimi. Porro ortu candidauit incorrupta uirginitas matris: uersatione innocenti uirginitas matris. m. liij.

ante qd f. lilia: ~

qd liliu pascit: ~



te: eloquiaveritatis: miracula puritas cor-
dis: sacramenta pietatis archana: passione
patientivoluntas morte libertas morien-
di: surrexerunt martirij fortitudo: ascen-
sionem exhibito pmissio: Quia bonus fi-
dei odor: in his singulis: nostra quidez qui
candore non vidimus tempora: et viscera re-
plens. Et beati qui non viderunt et crede-
runt. Pars mea in his: odor vite qui pce-
dit ex ipsis. In infusus naribus meis apto
quodam fidei instrumeto: et quidem copiosi p
multitudine liliorum: sane et exiliu levat: et pa-
rte desideriu assidue inuocat in visceribus
meis. E Dabent lilia et aliqui sodalium
sponsi: sed non copiam. Omnes enim ad meniu
ram spiritui acciperunt: ad mensuram virtu-
tes et dona. Solus ille non habet modum: qui
habet eorum. Aliud est lilia habere: aliud
non nisi lilia habere. Quem dabis mihi de fi-
lis captiuitatis adeo innocentem et sanctum
qui totam terram suam floribus occupare
potuerit: et istiusmodi floribus? Nec infans
certe vnus die sine forde est super terras.
Magnus est qui tria vel quattuor: lilia edi-
ficare potuerit in terra sua. In tanta deplis-
sitate spinarum et tribulorum: que sunt germina
inueterata maledictiois antique. Nec vno
ro qui pauper sum bene agitur: si vnq ab
hac pessima segete iniquitatu videlicet atq
vicio: si tantillum terre mee vendicare extir-
pando et excolendo sufficiat: vnde vnus saltem
pducere lilium possum: si forte et penes me
pasci interdum dignetur. is qui pascit inter
lilia. Et parum dixi vnum: de penuria cor-
dis os meum locutus est. Anus procius non
sufficit: duo ad minus necessaria sunt. Dico
autem continentiam et innocentiam: quarum vna
sine altera nec saluabit. Frustra deniq ad
vnam qualibet harum inuitabo sponsum: qui
non ad liliu pasci sed inter lilia perhibetur
Dabo proinde operam habere lilia. ne de sin-
gularitate causetur liliis qui non vult nisi in-
ter lilia pasci: et sic declinet in ira a seruo suo
Pono itaq pumam oim innocentiam. et si huic
fugere punitiam qui uero diuites me putabo
in possessione liliorum. Rex sum autem: si tertiam
hanc adtingere potero patientiam. Et quidez
possunt sufficere ille: sed quia et deficere in te
prationibus possunt: siquidem temptatio exi-
ta hominis super terram opus profecto pati-
entia est: quod vnus sit quasi tu trux quedam et
custos. Puto si venerit amaro: ille lilium et
ita inuenit: quod non dedignabitur iam pasci
apud nos: et apud nos facere pascha: vbi illi

et multa suauitatis in duabus: et magna erit
securitas propter tertiam. Seruus quo pacto
dicatur pasci qui oia pascit: postea videbit.
Huc vero apparet sponsum non modo appa-
rere inter lilia: sed minime oino extra lilia pos-
se aliquando inueniri. cum omne quod de eo
est et ipse sit liliu. sponsum ecclesie iesus xpus
dominus noster: qui est super omnia deus be-
nedictus in secula. Amen.

Sermo. lxxi. Unde est aie candor
liliorum: quod sponsum et pascit nos: et pascitur
a nobis: et de illis sit vnitas aie scilicet ad deum.

Inis precedētis sermōis

f pncipiuz huius. A Est ergo
liliu sponsum: sed non liliu inter spinas:
quoniam non habet spinas qui peccatu non fecit.
Dentq sponsus prestatus est liliu inter spi-
nas: quoniam si dixerit vel ipsa spinas quod non habe-
at seipsa seducit: et veritas in ea non est. Se-
vero flore quidem et liliu pfectus est. non tamen in-
ter spinas. Magis autem ego inquit flos capii et
liliu pualliu. et non est spinarum metio quod solus
sit hominum quod opus non habeat dicere: conuersus
sum in cruna mea dum pfigit spina. Ergo absq
lilium nunc est quod absq vitis semper est: totus
et semper est candidus: speciosus forma pre filijs
hoium. Tu qui hec audis vel legis cura ha-
bere lilia penes te si vis huc habere habita-
tores liliorum habitantem in te. Opus tuu: stu-
diu tuu: desideriu tuu: lilia esse prestent mo-
ralis quidam reru ipsarum candor atq odor. Da-
bent et mores colores suos habent et odores
Requirit et in spiritibus idipsum est color et odor:
non magis quam in corporibus. Ergo de colore
pfectia consulat: de odore fama. Fetero feci-
stis odore nostrorum coram pharaone et seruis eius
aut illi dicentes de opinioe. Porro color est
opini tuo dat cordis intentio: et iudiciu pfectie
figura sunt vitia: virtus candida est. In hac atq
illa: pfectia pfecta discernit. Stat scilicet dicit
de oculo neque et lucido: aqua inter candidu et
nigrum certos fixit limites: et diuisit lucem ac
tenebras. Quod ergo de corde puro et conscie-
tia egredis bona candidu est: et est virtus. Si
autem et bona fama secuta fuerit: et liliu est: quod
pe cui nec candor liliis desit: nec odor. Porro
ro virtus et si non propterea maior pulchrior tamen
illustrior: quod efficiat. Quod si in conscientia neu-
fuerit: nec quod ex ea pderit carebit neutro
Nam si radit in vitio: et ramus. Ac per hoc
quicquid illud sit quod radit vitia non absq
traduce vitis ex se pducatur: verbi gratia ser-
mo/ actio/ oratio/ est si fama applaudere vi-

deatur: non est quod debeat lilium dici: quia
et si odor conuere videtur. sed non color.
Quo pacto enim lilium: cum impuritate ne-
uo: nec sane fama quibit videri dicar evituti:
quod esse vitium conuereit conscientia. Erit quod
dem virtus contenta candore conscientie: vbi
sequi non poterit odor: famer: ceterum odor
fame nec excusare sufficit vitium conscientie
decoloris. Prouidebit tamen semper quod in
se est homo virtutis bona non tantum coram
deo: sed etiam coram hominibus vtrique sit liliu
Sed est etiam candor aie indulgentia dei:
ipso dicente per prophetam. Si fuerint pec-
cata vestra ut coccini: quasi nix dealbaban-
tur. et si fuerit rubra quasi vermiculus: velut
lana alba erit. Et est candor que sibi iduit
is qui miseretur in hilaritate. Et tenet si in-
tuearis illu que propheta describit iocundu
hominem qui miseretur et comodatus: nonne is
tibi videbitur de ipsa quod concidit de dicit
candore que dam pietatis vultu pariter et
operi suo. Sicut e regione si ex tristitia ve-
luti ex necessitate quis tribuat: non candi-
dum plane: sed tetrum presertim manu: et fron-
te colorem. Et ideo hylarem datorum diligit
deus. Nunquid et tristem? Profecto quod res-
perxit ad abel ob alacritatis candore auer-
tit faciem a cayn: quod conciderat facies eius
vitiis tristitia et liuore. Aduerte qualis co-
lor tristitie seu inuidie sit quod auertit aspe-
ctus. Recte et eleganter in colorando benefi-
cio candor lociditatis laudatur est. voce il-
la poete super omnia vult accessere boni.
Nec modo hylaris dator: sed et qui tri-
buit in simplicitate diligit a deo. Et simpli-
citas candor est. Probamus a contrario: man-
neus duplicitas. Parus dixi: macula est.
Quid duplicitas nisi dolus? Sed enim quod do-
lose egit in conspectu dei: inueta est iniquitas
eius ad odium. Et ideo beatus cui non imputa-
bit deus peccata: nec est in spiritu eius do-
lus. Pulchre deus vtriusque paucis complexus
est: macula: dolum tristitia: quod nolite in qui-
ens fieri sic hypocrite tristes. B Spon-
sus itaq et cum sit virtus: in virtutibus copla-
cet sibi. et cum sit liliu libenter inter lilia pmo-
ratur: et cum sit candor: delectatur candido
Et fortassis hoc est quod dicit pasci inter
lilia: candore et odore virtutum delectari.
Et quidez pascebatur olim corporali apud
mariam et martham: et recubens etiam corpe
inter lilia (illas loquor. nam lilia erant) nihilo-
minus spiritu refocillabat deuotione et virtu-
tib mulieru. Quod si illa hora intrasset pe-

pheta aut angelus: seu alius quouis spiritu-
alis tantum non ignoras que malestas recu-
beret: nonne stupens dignatione et familiarita-
tate quam illi esse conciperet cum puris animis
pudicisq corpibus: tamen tremis et seruis firmi-
oris: merito testaretur: quod vidi illu non modo con-
morantem: sed et pascentem inter lilia: Ita se-
cundum vtriusque (carnem dico et spiritu) pasci inter
lilia sponsum inuenit est. Puto autem quod et ipse
vicissim pasceret: sed in spiritu. Puto ipso quod
pascebatur: quomodo pascebat. Quomodo in
pfor: tabat timiditate seminat: iocundabat
humilitate: impinguabat deuotione? Sed si
vidisti quod pasci illi pasceret: vide etiam nunc
ne forte et econverso pasceret sit ei pasci. Dhe
qui pascis me a iuuente mea ait scitius pa-
triarcha iacob. Bonus pater familias qui
suo: si domesticorum cura gerit: maxime in die-
bus malis ut alar eos in fame: cibans illos
pane vite et illece: et sic nutrens ad vitam
eterna. Et pasces ita puto nihilominus pas-
scitur ipse: et quidem estis quibus libere velle
pfectibus nostris. Et tenet gaudium dei fortitudo
nra. Ita quod et cum pascit pascit: et pascit cum pa-
scit: simul nos suo gaudio spiritali reficiens:
et de nro eque spiritali pectu gaudens. Et
bus eius penitentia mea. cibus eius salus mea:
cibus eius ego ipse. An non cinrens tanquam pa-
nem manducat? Ego autem quia peccator sum
cinis sum: ut manducet ab eo. Mandor cum
arguor: glorio: cum instruo: decoquo: cum
imuto: digero: cum transformor: vnio: cum co-
formor. Nolite mirari hoc: et mandu-
cat nos et manducat a nobis: quo arctius
illi asringamur. Non sane alias pfecte vnio-
mur illi. Et enim si manduco et non manduco: vi-
debitur in me ille esse: sed non dum in illo ego
Quod si manduco quidem nec manduco: me
se habere ille: sed non etiam in me esse videbit
Nec erit pfecta vnio: in quo quis horum. Si
enim manducet me ut habeat me in se: et a me
vicissim manduce tur ut sit in me: quatinus in-
tegra sit firmaque connerio: cum ego in eorum
ipse in me erit. Quis tibi per simile ostendat
quod dicitur? Et tolle oculos nunc in quam
dam sublimior: em quidem conuenientiam
similem tamen huic. Si ipse sponsum in pre ita esset:
ut non tamen in ipso esset pater: aut ita pater in
ipso esset: ut non esset ipse in patre: a deo
dicere et ipso: quod supra perfectum vnitas
remaneret: si tamen iam vnitas esset. Hinc
vero cum et ipse in patre: et pater in ipso sit:
non est quo claudicet vnitas: sed vere et ro-
tunde vnus sunt ipse et pater. Sic igitur
m. iij.

color: et odor opus:

pascebat x:

pascebat x:

cibus:

pascebat x:



Vide qd dicitur in libro de unitate

anima cui adherere deo bonū est: non ante se existimet ipse perfectevnitā: nisi cū et illū i se: et in illo manētem pfererit. **H**ō qz vel sic vnū dicat cū deo: sicut vnum sunt pater et filius: quāuis qui adheret deo vnus spūs est. **L**egi hoc: sed illud nō legi. **N**on dico de me qui nihil sum. sed nemo plane nisi demēs sine de terra siue de celo vsurpabit sibi illā vngenti vocē: ego et pater vnū sumus. **E**t tñ ego licet puluis et cinis fretus quidē scripture auctoritate minie illud dicere verear. qā vnus cū deo spūs sum: si vnū qz tñ certis fuero pfluasus experimētis deo me adherere ad instar vnus illorū qz in caritate manent: ac p hoc in deo manēt: et deus in eis: māducātes deus et manducati a deo. **H**ā de tali adhesionē puto dictū: qd adheret deo vnus spūs est. **Q**uid ergo? **D**icit filius: ego in patre: et pater in me est: et vnū sum: dicit homo: ego in deo et deus in me est: et vnus spūs sumus. **S**ed nunqd pater et filius vt sint in inuicē ac perinde vnū: in vicem se māducant: sicut deus et homo mutua se quādā in sese māducatione trañcunt: vt p hoc et si nō vnus certe vnus spūs sint? **A**bsit. **H**ec enī vno modo insunt sibi hi atqz illi: sed neqz vnā vnitas vt trozūqz. **D**eniqz innuit tibi vnitātū diuersitas per vnus et vnū: qm nec patri et filio vnū. nec homini et deo vnū poterit cōuenire. **T**u si sapias occasione accepta eris sapiētior: prudētē adā tens illic quidē per vnū vnitātē substantie vel nature: hic vero per vnū eque vnitates sed ideo lōge alterā: qā iter substantias et naturas: homi nēpe et deo sua cuiqz et natura et substantia est: cū patris filiqz cōstet penitus esse vnā. **V**ides illā nec vnitātē esse: si quidē huic singulari summeqz vnitati cōparet? **H**ā quomodovnitates vbi numerus naturarū: substantiarū diuersitas? **E**t tñ vnus spūs dicitur est cū deo aīa adherēs deo. nec iudicat rex pluralitas vnitati huic quā facit nō cōfuso naturarū: sed voluntatū pferentia. **P**ropter hāc quoqz multa corda vnū: et multe aīe vnā dicuntur: sicut scriptū est. **M**ultitudinis credētū erat cor vnū: et aīa vnā. **E**t hec ergo vnitates. **C**eterū quid ad illā que nō vnitatiē cōstat: sed extat eternitatis? **H**ō plane illā quēdā instar huius mutua māducatio facit: qā nec sit. **E**st enī. **S**z nec coniunctio vel quasi cōpositio: vel tale aliqd qd vnus nō est. **E**st autē patri filioqz natura: essentia: volūtas: nō modo vna sed vnū. **D**oc nēpe est illis esse qd naturā esse.

Vide qd dicitur in libro de unitate

Vide qd dicitur in libro de unitate

hoc vel qd esse: vel naturam esse. **N**on est itaqz qd vnitas qua vnū sunt pater et filius: dicatur fieri de naturis vel essentis vel voluntatibus qā nō sunt: nō est qd dicat vel fieri quia est. **H**ec enī factitia est: sed natus. **S**ūt in sese pater et filius nō solū ineffabilis: etiā in pprehēbili modo sui ipsorū capabiles pariter et capaces: sed sane ita capabiles vt nō partibiles: ita capaces vt nō participes. **H**am vt in hymno ecclesia canit in patre totus filius et totus in verbo pater. **E**st pater in filio in quo semper sibi bene cōplacuit: et est filius in patre a quo vt nunqz non natus: ita nunqz est separatus. **P**orro per caritatē homo in deo et deus in hōie est: vt dicente iohanne: qā qui manet in caritate in deo manet et deus in eo. **S**ed homo quidē ab eterno in deo tanqz ab eterno dilectus: qui tamen ex illis sit qui dicitur: qd dilexit et gratificauit nos in dilecto filio suo aīe mūdi cōstitutionē. **D**eus vero in homine: ex qd dilectus ab hōie. **E**t si ita est: homo quidē in deo est: et quando in hōie deus nō est. **D**eus autem in homine nō est: qui nō sit in deo. **M**anere enī in dilectione nō potest. et si forsitan ad tēpus diligat non dilectus: potest autē nondū diligere etiā dilectus. **A**liqd quomodo stabit qm ipse prior dilexit nos? **P**orro cū iam diligat qui diligebat: homo in deo et deus in homine est. **Q**ui autē nunqz diligat nonqz dilectus est: ac per hoc ne ipse in deo nec deus i eo est. **D**ec dicta sint ad vā dā differentia inter illam connexiōnem qua pater et filius vnum sunt: et illā qua adherens deo animavnus spiritus est ne forte quia legitur de homine manente in caritate: quia in deo manet et deus in eo et item de filio quod nihilominus in patre sit: et pater in ipso: par putaretur adoprati prerogatiua et vnitati. **D**is ergo absolutis recurrendum nobis ad illū qui pascit inter lilia: quia inde circursus hic factus est vsqz huc: vt trūnam non otiose vos iudicabit. **E**t iam quidem loci ipsius vnus intellectus posueram. siue quod virtutibus pascitur candidatoz qui virtus et cādor est: siue quod peccatores recipit ad penitentiam in corpore suo quod est ecclesia: pro quibus sibi in corpore andis seipsum fecit peccatum: qui peccatum non fecit vt destrueretur corpus peccati cui alligando complātati suere peccantes: essentqz iusticia in ipso iustificati gratis. **A**d huc tertiam pono sententiam que occurrit: et

Sermo LXXII.

fatis fore reo: non modo pro loci explanatione: sed et pro fine sermonis. **S**ermo dei veritas est et ipse sponsus. **H**ostia hoc: audite cetera. **I**s cū auditur et minime obeditur illi: vacuus interum et ieiunus quod ammodo remanet omīno tristis et querulus quod prolatus in vacuū sit. **S**i autē obeditum fuerit: nonne tibi verbum videbitur in quādam excreuisse corpulētiam: qā verbo opus accessit: vt pote refectum quibusdam fructibus obediētie: iusticie frugibus? **I**nde est quod i apocalypsi loquitur. **E**cce sto ad ostium et pulso. si quis audierit vocē meam et aperuerit ianua: introibo ad illū et cenabo cum eo et ipse mecum. **A**udetur ap pbari hic sensus: et apud pphetā sententia dñi vbi dicit: qd verbum suum non reuertetur ad eum vacuū: sed prosperabitur et faciet ad quod misit illud. **N**on reuertetur inquit ad me vacuum vel ieiunū: sed quasi prospere in omnibus agens. **S**aturabitur bonis acribus eoz: qui in dilectione acquiescent illi. **D**eniqz vsu loquendi sermo impletus tunc dicitur cum fuerit mancipatus effectui. quod videlicet tū diu in anto: macer ac famelicus sit: donec opere compleatur. **S**ed audi ipsum quo se dicat cibo ali. **D**eus inquit cibus est vt faciam voluntatem patris mei. **V**erū verbi est aperte indicantis esse suū cibum factū bonum. si tamen inuenit illud inter lilia: hoc est iter virtutes. **A**liquin si extra reperit: et si bonus qd in se est videtur cibus: nō tanget illum is qui pascitur inter lilia. **V**erbi causa non recipit elemosinam de manu raptoris seu feneratoris: sed nec de pprocite quidē: qui cū facit elemosinā facit tuba cani ante se vt glorificetur ab hōibus. **S**ed neqz illi orationem aliquomodo exaudiet qui amat orare in angulis platearū vt ab hōibus videatur. **H**empe oratio peccatoris execrabilis erit. frustra quoqz offerat munus suū ad altare: qui conscius est sibi. qd frater suus habet aliquid aduersum se. **D**eniqz non respexit ad cayn mīera: quod nō recte ambularet cū fratre suo. **T**este sancto propheta: etiā ab hōiabat sabbata: et neomenias: et sacrificia iudeorū: ita vt manifeste ptestaret odisse ea aīam suā et dicebat. **C**uz veniretis ante conspectū meū: quis q̄sivit ea de manibus vestris? **C**redo non redolebant lilia manus ille. et ppter ea respuebat munus ex illis: qui pasci p̄suevit inter lilia et nō inter spinas. **Q**uid ni spinosas habebat manus quibus aiebat: manū vestre sanguine plene sunt? **E**t manū esau pilose erāt spinosis similes: ideo nō sunt admittē vt ministrarent sancto. **H**ereoz ne et iter nos alii qui sunt. quoz nō acceptet munera sponsus: eo qd non redoleant lilia. **E**t enim si in die ieiunij mei inuentatur volūtas mea: nō tale ieiunij elegit sponsus: nec sapit illi te luntū meū: quod nō liliū obediētie: sed vnitatis volūtatē proprie sapit. **E**go autē nō solam de ieiunio: sed de silentio: de vigilijs: de oratione: de lectione: de opere manūz: postremo de omī obseruātia monachi: vbi inuenitur volūtas sua in eo: et non obediētia magistri sui: idipsū sentio. **M**inime p̄sus obseruātia illas: et si bonas in se: tam inter lilia. id est inter virtutes cōsuerim de putandas: sed audiet a ppheta qui eius modo est. **N**ūquid tale est obsequiū quod elegi dicit dñs. **E**t addet. **I**n die bonozū tuorū inueniatur volūtas tue. **G**rande malū propria voluntas: qua fit vt bona tua bona non sint. **E**portet proinde lilia sūt que huiusmodi sunt. qz nihil oīno quod propria liliatū sit volūtatē gustabit is qui pascit inter lilia. **S**apiētia est vbiqz attingēs propter mūdiciam suam: et nil inquinatum in eā i currit. **I**ta ergo in lilia pasci amat spūs. id est apud munda et nitida corda. **S**ed quousqz? **D**onec aspiret dies et inclinetur vmbre. **A**mbrosius locus est et condēsus nō itremus illam hāc profundū sacra mēti nisi clara luce diei. **I**am enī dispartan te me lōgius inclinata est dies dum inuiti abstrahimur ab his lilijs. nec sum victus p liritate: cui fastidius oīre detraheret odor flozū. **N**oidēū quid restare videtur de presenti capitulo. at istud modicū recōditum nimis: sicut et cetera vniuersa carminis huius. **S**ed qui reuelat mysteria aderit vt cōfido cum pulsare ceperimus et non claudet ora loquētijs se. cui familiare magis est referare clausa spūs ecclesie iesus xps dñs noster: qd est sup omīa et de vñ dicit in secula. **S**ermo lxxij. dies aspirans et vmbre ielinate q̄ sint et q̄ genū hūanū accepit cōcupiscētiam hereditariam ex trāsgressiōne primozum parentum.

Flectus meus mihi et ego illi: qd pascit iter lilia donec aspiret dies et inclinetur vmbre **H**ouissima tñ capituli huius tractatus par est. et dubito in ipso igressu cuius potissimum

ante qd x famelicus sit



eam iugam duarum precedētium. **H**az pos-
sum in differēter vtriq. Sive ei dicas dilec-
ctus meus mihi: et ego illi donec aspiret di-
es et inclinatur vmbre: interposito tantuz
qui pascitur inter lilia: sive pro littere serie
qui pascitur inter lilia donec aspiret dies et
inclinatur vmbre: non inconuenienter vtro-
uis assignas. Hoc sane referret: quod donec si
primo iunxeris: inclusiuū oportet intelligas
si medio: exclusiuū sentias necesse est. Esto
nempe quod desinat sponsus pasci iaz inter
lilia vbi aspirauerit dies: nunquid similiter
etiam cessabit sponse intēdere: aut ipsa illi?
Absit. In eternum perseverabunt sibi: nisi
quod tunc felicius cū vehementius: tūc ve-
hemētius cū expeditius. Sit ergo tale hoc
donec quale est illud apud mathēū: vbi nar-
rat si cognouisse Mariā ioseph donec pepe-
rit filium suū primogenitū. Non enim post
cognouit. **E**l certe quale illud in psalmo:
oculi nostri ad dominū deū nostrum donec
miseretur nostri: non enim auertentur cū
ceperit misereri. **E**l quale item illud domi-
ni ad apostolos. ecce ego vobiscū sū vsq. ad cō-
sumationem seculi. **N**ō enim post: nō erit cū
illis. **A**erū hoc ita: si donec referas ad dilec-
ctus meus mihi et ego illi. Sin autem ad q
pascitur inter lilia respicere malis: erit alio
sensu accipiendū. **P**orro opostus ostendit
quomōdō tunc dilectus pasci desinat: cū aspi-
rauerit dies. **E**t enim si dies resurrectionis
is est: quidni multo magis pasci ibi inter li-
lia viuet: vbi horuz maior admodum copia
erit? **E**t pro aptanda quidem littere conse-
quentia. hec dicta sint. **A** **H**ic tam ad-
uertere me cū: toto licet liliis fulgentibus re-
gno sponsos medio existēte et deliciāte: nō
tamen esse qd dicatur et pasci iuxta id quidē
qd ante consueuerat. **A**bi nāq. iam pctō
res quos sibi incorporet christus: mansos
morosq. quasi quibusdam vtriusq. discipli-
ne austerioris: afflictione scilicet carnis et
cordis contritiōe? **S**ed neq. cibū sibi iā exi-
get verbus sponus ex aliquibus factis: seu
opibus obediētie: vbi omne negotiū oriū:
solorq. intuitu et affectu res erit. **E**t qdēz ci-
bus ei? vt faciat volūtātē p̄tis sui: sed hīc
ibi. **Q**uid enī faciat factam? **E**t perfectam
tunc esse constat. **D**eniq. pbare iam tunc ē
q̄bus sanctis: que sit volūtas dei bonar. bñ
placēs: et perfecta. **E**t certe post perfectuz:
faciendum superest nihil: frui de cetero re-
stat: nō fieri: experiri: nō operari: ea viuere
non exerceri in ea. **B**onne ipsa est quam in-

ante dicitur in vtriusq. et potius: v

stantissima p̄cece (docti quidem a domino)
sicut in celo et in terra perfici postulamus:
quo eius iam delectet fructus. actus nō fa-
tiget? **N**on erit itaq. sponus verbo operis
cibus: q. cesset necesse est oē opus: vbi ple-
nius ab vniuersa percipitur sapientia. **H**ā
qui minorantur actu percipiunt eā. **S**ed
videam? nūc si quod dicimus stare possit. et
secundum illam sententiam qua pasci inter
lilia: candidatu virtutum oblectari quidaz
interpretantur. **H**am et nos ipsam inter ce-
tera non p̄teruimus. **D**icemus ne aut nō
fore aut sponso mime sapere tūc virtutes?
Et quidē sentire alterutriū demētie est. **S**
vide ne forte alias illis delectetur. nā con-
stat: delectari. sed foristan potu magis quā
pasci. **S**ane in tempore et corpore isto nul-
la nra virtus ita ad purā defecata erit: nulla
ita suavis et mera: vt sp̄so habilis sit ad po-
tandum. **S**ed qui vult omnes homines sal-
uos fieri dissimulat multa. et quā nō p̄t po-
tādi interi facilitate glutire: currat ex ea v̄
quippiam elicere sapidū: quasi arte quidaz
et quodā labore mādendi. **E**rit cū erit v̄?
colabilis: nec p̄met dēte nec fatigabilis a mā-
dente. **E**l porius nō fatigabit mandētem:
que bibentē abiq. opera delectabit: tanq̄
vtriq. potus nō esca. **D**eniq. habes sponde-
tem in euangelio: quia nō bibam de hoc ge-
nimine vitis inquit: nisi bibam illud nouum:
vobiscū in regno patris mei: et de cibo nul-
la mentio est. **S**ed apud prophetam quoq.
legitur tanq̄ potens crapulatus a vino: de
cibo aut nihil ibi penitus inuenit. **S**p̄sa er-
go cōscia mysterij huius: eū dilectū pasci in-
ter lilia p̄cepisset: et prohibuisset: cōstituit ter-
minū quo ad id dignaret: imo p̄stitutum a-
gnouit. et p̄hibuit dicēs: donec aspiret dies
et inclinatur vmbre. **S**ciebat enī virtutib?
eū post hac potandū potius quā pascendum.
Cōuiuere v̄ et cōsuetudo: qua post cibi po-
tus sumi de more solet. **E**rgo qui hic mādu-
cat illic bibet eo tūc suauī. quo securi? glu-
titurus. et eat p̄sa que scrupulosus mō et quo-
dāmodo laboriosus quasi mādendo liquat
B **N**unc iam intendam? considerare de
die illo et illis vmbre. qui ille. que iste. ille q̄
ratione aspirans: he in qua potestate habe-
ant inclinari. **S**ignanter omnino dictū do-
nec aspiret dies: immo singulariter. **D**olo
quippe hoc loco nisi fallor diem aspirantes
reperies. **A**ure nempe non tempora spira-
re dicuntur. **S**pirat homo. spirat animalia
cetera: q̄bus indefinēter reciprocatūs aer

vitā p̄tinuat. **E**t qd hoc nisi vētus? **S**pirat
et sp̄s sc̄tus et in spiritus. **Q**uo pacto er-
go dies spirans: qui nec ventus nec spiritus?
nec aial est? **Q**uāq. nec spirans quidēz: sed
quod signantius sonat aspirans dictus sit.
Hec minus p̄ter solitū dictū: et inclinē
vmbre. **D**eniq. ad exortaz huius corpoze et
visibilibz luminis vmbre non inclinantur
sed adnullantur. **E**xtra p̄inde corpoza q̄-
rende he res. et si quidē spiritales inueneri-
mus diem et vmbre: tunc fossitan et incli-
natio harū: et illius aspiratio facilius eluce-
bit. **Q**ui illum diem de quo propheta dicit:
melior est dies vna in atris tuis super mi-
lia: corpozeum opinatur: nescio quid iā non
corpozeum opinetur. **E**st et i mala significa-
tōe dies cui maledixere prophete: absit autē
vt ex visibilibz his quos secl. dñs. **I**taq.
spiritualis est. **I**am vmbraū quis ambigat
spiritualē qua **M**arie obumbratum est con-
cipient: et item eam que in p̄pheta sic me-
moratur: spiritus ante faciem nostram ch̄i-
stus dominus: sub vmbra eius viuemus in-
ter gentes? **E**go tamen vmbraū nomie.
hoc loco magis arbitroz designatas cōtra-
rias potestates: que non mō vmbre vel te-
nebrē sed et principes tenebrarum aposto-
lo perhibentur: simulq. inherentes illis ex
genere n̄ro filioz vtriq. noctis: et si luc. neq.
dicit. **D**e siquidē vmbre nō plane cū aspira-
uerit dies in nihil reuertētur: sicut a facie
huius corpoze lucis: vmbre corpozeas non
disparere tm: sed et penitus deperire videm?
Itaq. erūt mime quidē extremus nihiloz:
miserus tm. **E**rūt: sed inclinare et subdite.
Deniq. inclinabit se (inq̄) et cadet (haud
dubiu qui p̄iceps vmbraz) cū dñarus fue-
rit pauperū. **E**rgo non natura delectatur: s̄z
potentia subtrahetur. **N**on peribit substā-
tia: sed transibit hora et potestas tenebrar.
Tollantur: me videant gloriā dei. **N**ō ad-
nullantur: vt semp̄rantur. **Q**uid ni inclina-
buntur vmbre: cum deponētur potentes de
sede: ponenturq. scabelluz pedum? **Q**uod
vtriq. oportet fieri cito. **M**inissima hora est
Hor p̄cessit: dies autem appropinquabit
Aspirabit dies: et expirabit nox. **H**or dia-
bolus est. **H**or angelus sathane: et si se trāf
figuret in angelum lucis. **H**or etiam anti-
christus: quem dominus interficiet spiritu
oris sui: et destruet illustratione aduentus
sui. **N**ūquid nō dominus dies est? **D**ies pla-
ne illustrās et spirās. qui spiritu oris sui fu-
gat vmbre: et destruit larvas illustrationē

aduentus sui. **A**ut si magis placet simplici
verbū inclinatiois accipere: nihilq. aliud icli-
nari quā ad nihilari esse putandū: ne hūc q̄
q̄ desimus sensui. **D**icim? vmbre figuras
et enigmata scripturar: nec nō et sophisticas
locutiones canillatōesq. verborū: et iplicita
argumētōz: que oia veritates interi lumen
obūbrant. **E**x parte enī cognoscimus: et ex
parte p̄phetamus. **E**erū aspirāte die incli-
nabunt vmbre. quia occupāte oia lumis ple-
nitudine: nulla pars sup̄ ee poterit tenebra
rū. **D**eniq. cū venerit qd perfectū est: tunc
euacuabit qd ex parte est. **E** **D**acten?
de his sufficere poterat: si spirās dies illa et
nō aspirās dicta fuisset. **H**ic vero p̄ tantū-
lo licet additāmēto adhuc aliquid addēduz
erit imo: nimiz pro vestigāda huius diuersi-
tatis rōe. **E**go enī (vt verū fatear) iam olī
mihi p̄suasi in sacri p̄ceptosq. eloquiū textu:
ne modicaz vacare particulam. **S**olem? au-
tem hac vti: cum vehementer aliquid de-
sideram? vt verbi gratia cum dicimus ille
ad illum honorem: vel illam dignitātez aspi-
rar. **D**esignatur itaq. per hoc verbus mira
assutura affluentia vehementiaz spiritus
die illo: cum non solum corda sed et corpo-
ra suo quidem in genere spiritalia erūt: et
qui digni inuententur inebriabunt ab vber-
tate domus domini: et torrente volupratis
illius potabuntur. **E** **E**l aliter. **I**az factis
angelis dies sacrificatus illuxit: spirans illi
iugi impetu p̄petis meatus mellisua sempt-
terne diuinitatis archana. **D**eniq. fluminis
impetus lētificat ciuitatez dei: sed ciuitatē
cui dicit. sicut letantium omnium habitatio
in te. **L**um autē et nobis qui terrā inhabitā-
mus spirare adiecerit: erit non mō spirans
sed et aspirans: qd dilatato sinu admittat et
nos. **E** **E**l (vt paulo alit? repetam? et dis-
seram? latius) plasmato hoie de limo terre
plasmato: sicut verax narrat hystoria ispi-
rauit in facie eius spiraculū vite: factus p̄-
in illi dies inspirās. **E**t ecce iuidia nox calli-
de ipegit in diē hāc. luce vtriq. simulata **H**ā
dū q̄i splendidus lumen scie pollicet. inopi-
natas noue luci effudit prauū p̄siliū tenebrar.
et primordijs originis nostre terrā damno
se p̄uaricationis inuexit caliginez. **E**c. ve-
nescieft neq. itellexit. in s̄bris ābulār ne-
scietes. ponētes s̄bras lucē: et lucē s̄bras.
Deniq. comedit de ligno mulier qd sibi de-
derat serpens: veterat deus: deditque vi-
ro suo. et cepit illis quasi de nouo diefcere.
Ham illico aperti sūt oculi amboz: et sc̄tus

qs dicitur

aspirare: v

q̄ vmbre: v

est dies cōspirans inspirantez extundens:
et substituens expirantē. Conspirauerit si
quidem et conuenerunt in vnum aduersus
dominū. et aduersus christum eius: serpen-
tis astutia mulieris blandicie: viri mollici-
es. Unde et loquebantur mutuo dñs scilicet
et christus eius: ecce adam factus est quasi
vnuus. quod ad vtriusq; iniuriam
lactantibus se peccatoribus acquieuisset.
In hac die nascimur vniuersi. Portamus
deniq; omnes impressum nobis cauterioz
conspirationis antiq;. eua vtiq; viuente in
carne nostra. cuius per hereditariā concu-
piscenciam: serpens nostrū sue fauionis se-
dula satagit sollicitudine vendicare consen-
sum. Propterea vtriusq; diei maledixit
re sancti. breuem optātes: et cito verti in te-
nebras: quod sit cōtradictōis et cōtentōis
dies. vuz nō cesset in ea caro concupiscere ad-
uersus spiritū: legiq; mentis: membrorū cō-
traria lex rebellione infatigabili assidue cō-
tradicat. Itaq; dies expirās factus est. Ex-
tūc enim et deinceps quis est homo q; viuet
et non videbit mortē? Dicat. pira quis: ego
nō min⁹ pro mia dictū putez: ne electos sci-
licet ppter quos omnia sūt diu defatiget
molesta cōtradictio: qua captiui ducuntur
et ipsi in lege peccati: que est in mēbris ipso-
rum. Dozrent nimirū egerrimeq; ferūt tur-
pem captiuitatē et tristez cōtentōne. **D**
Festinem⁹ proinde respirare a cōspiratiōe
antiqua: et iniqua: qm breues dies hominis
sunt. Ante sane excipiat nos dies respirās
quā nos suspirās absorbeat etne caliginis
tenebris exteriorib; inuoluendos. **Q**ueri
in quo respiratio ista: In eo si incipiat spūs
vicissim cōcupiscere aduersus carnē. Dulce
si repugnas: respiras. Si spiritu facta car-
nis mortificas: respirasti. Si hanc cōvicis
et cōcupiscencis suis crucifigis: respirasti.
Castigo inquit corp⁹ meū et in seruitutē re-
digo: ne forte cū alijs predicaueris: ipse re-
probus efficiar. **A**oz est respirātis: immo q;
iam respirarat. **A**de et tu fac similiter: vt
te respirasse. pbes: vt diem denuo inspirā-
tem tibi noueris illuxisse. **H**ec nos mortis
preualebit aduersus rediuitiū hūc diē. ma-
gis autē in tenebris lucet et tenebre eū nō
cōprehenderūt. In tātū nō reoz (nec vita
decedēte) cedere lumē vite: vt nemini con-
gruentius quā sic mortuo assignandā cen-
sea vocē illam: et nos illuminatio mea. in ve-
licis meis. **Q**uid ni clarius videat nube vel
potius fece corporis euolut⁹? Erit sine du-

qs maledictus dies: ~

Respirat qd: ~

nos aspirans

bio vinculis solutus corporeis: inf mortuos
liber: et inter cecos videns. **H**am quemad-
modum oliz omni oculo caligante per vni-
uerfam egyptum: solus in medijs tenebris
clare videbat populus videns deum: id est
populus israel: dicente scriptura: quia vbi-
cunq; israel erat lux erat: sic inter filios te-
nebrarū i terra mortis clarigne fulgebunt
iusti et videbūt eo vtiq; clarius q; exuti cor-
porū vmbz. **H**am et hi qui ante nō respira-
uerunt (nec enī quiesierunt inspirantis diei
lumen: et sol iusticie nō ortus est eis) hi in q;
ibunt de tenebris in tenebras vempstozes:
vt qui in tenebris sunt tenebre: escant adhuc
et qui vident videant magis. **A**bi nō inco-
uenienter forstian adducetur etiam sermo
dñi quē dixit: q; habenti dabit: et abū dabit
ei aut qui nō habet: et quod videtur habere
auferetur ab eo. **I**ta est et additur in mor-
te videntibus: et nō vidētibus demit. **Q**uo
ei hi min⁹ et minus: eo illi magis magisq;
vidēt: donec et hos excipiat suspirās nos:
et illos aspirās dies: q; hūc nouissima vtrozū:
q; extrema videlicet cecitas et suprema cla-
ritas. **E** **E**x hoc iam nō est quod dema-
tur oīno vacuis. nō est quod addatur plēis
nisi quod hi nescio quid pleno ampli⁹ se ac-
cepturos presumunt: secundum promissio-
nem ad se factam. **E**t promissionis quidem
verbum tale est. **M**ensuram plenam et con-
fertam et coagitatā et supereffluētē dabit
in sinus vestros. **I**n non plus pleno quodā
modo tibi esse videtur: quod supereffluit?
Porro placide audies plenū et plenius: si
te legisse memineris in eternū et vltra. **E**r-
go is cumulus aspirātis erit diei. **I**psa in q;
adijciat ad mensurā inspire plenitudinis
ad inspirantis diei copiā: supra modū i sub-
lime pondus glorie operans ita vt redun-
det in corpora supereffluens clarificationis
adiectio. **H**ac de causa enim non spirans: s;
aspirans dicta est: quod addat ad inspiran-
rantem: hoc significante spiritu sancto per-
adlectam ad prepositionem: quia quos illa
lntus illuminat: hos ista adornat foris: et sto-
la glorie induit eos. **A**tque id satis pro van-
da ratione vocabulū: quod est aspirans. **E**t
si vultis scire: dies aspirans ipse ē saluator
quem expectamus: qui reformabit corpus
humilitatis nostre configuratum corpori
claritatis sue. **H**ā et inspirans nihilominus
idem ipse est secundus operationē qua nos
respirare p̄us facit in lumē qd inspirat: vt
sinus et nos dies respirās i ipso: secundum

quod interior noster homo renouat d die
in diem. et renouat in spiritu mentis sue ad
ymaginē eius qui se creauit: factus per in-
de dies ex die: et lumen ex lumine. **C**um igit;
duo in nobis precedat dies: vnus quidē in-
spirans pro corporis vita: alter vero respi-
rans in sanctificationis gratia: super sit aspi-
rās in resurrexionis gloria: claret. **P**fecto a-
liquādo adimpletū iri in corpore quod pre-
cessit in capite: magnū vtiq; pietatis sacra-
mentū et prophete testimoniū: qui ait. **A**ui-
ficabit nos. et viuem⁹ in cōspectu eius: scie-
mus sequemurq; vt cognoscam⁹ dñm. **I**pe
est in quē angeli prospicere cōcupiscūt. sp̄s
suis ecclesie iesus xp̄s domin⁹ noster qui ē
super omnia deus benedictus in secula.

Sermo. lxxiiij. **Q**ualiter sp̄s ad iudi-
cādū veniet in forma hūanav miris appa-
reat electis qui cōculcabit impios.

Euertere similis esto di-

lecte mi capree hynnuloque ceruo-
rū. **Q**uid? **M**odo it. modo reuocaf
Quid subitū in taz breui emerit: **O**blita
ne aliquid? **E**tiam oblita totū quod non est
ille: seipfam quoq;. **D**eniq; cum sit ratio
nō experis: nō tñ modo vt videtur rationis
est compos. **S**ed nec in sensu illi vllatenus
apparere verecundia esse: quā forte habet i
moribus. **A**moz intemperans facit hoc.
Hēpe is est qui omnē in se trisūphās capti-
uanos pudoris sensum: cōueniētie moduz:
deliberatōis p̄siliti: totius modestie et opor-
tunitatis neglectum quēdam: et quādā in-
curiam parit. **H**am vide nunc quomō illuz
pene adhuc incipientē ire: iam tamen redi-
re efflagitat. **E**t iā accelerare rogat: et qui-
dem currere instar vnus alicui⁹ fere s̄luaz
velociter currēt: verbi gratia capree hyn-
nulle ceruozū. **H**ic littere tenoz: et hec lu-
deozū portio. **A** **E**go vero quēdam-
modum accepti a dño in profundo sacri eloquiū
remio: spiritū mihi scrutabor: et vitā. et ps
mea hec. **Q**uid ni eruam dulce ac salutare
epulū spūs. de sterili et insipida littera: tāq;
granū de palea: de testa nucleis: de osse me-
dullā: **N**ihil mihi et littere huic: q; gustata
canē sapit: glutita mortē affert. **S**z enī qd
in ea rectū ē: de spū serō ē. **S**pūs aut loquit
mysteria teste ap̄to: s; israel. p̄ velato myste-
rio ipm mysterij velamen tenet. **Q**uare ni-
si quia adhuc velamē positū est sup cor ei⁹.
Ita qd sonat littera illi⁹ est: qd signat meū

ac per hoc illi ministratio mortis in littera:
mihi vita in spiritu. **H**ā spūs est q; viuificat.
Dat quippe intellectū. **I**n nō vita intelle-
ctus: **I**n intellectū va mihi et viā ait. **P**pheta
dño. **I**n intellectū nō remanet extra: nō he-
ret in suspicē: nō instar ceci palpat forinse-
cas: sed p̄funda rimatur: p̄ciosissimas sol-
tus exiū veritatis exuias tota aniditate
diripere: ac tollere sibi: et cū ppheta dicere
deo. **L**etabor ego super eloquia tua: sicut q;
inuenit spolia multa. **M**empe ita regnū ve-
ritatis vni patitur: et violenti rapiūt illud
Aerum ille senior frater qui de agro veniēt
formaz tenuit veteris populi et terreni: qui
pro terrena hereditate doctus diligere tri-
turam: attrita fronte gemit anxius sub gra-
ui iugo legis: potatq; pondus diei et estus:
is in q; quia intellectuz nō habuit foris stat
etiam nūc: et non vult ne inuitatus a patre
intrare domū conuiuij: semetipsuz fraudās
vq; adhuc participio simphonie et choz: et
vituli saginati. **M**iser qui renuit experiri q;
bonum sit et quā locundū: habitare fratres
in vnum. **E**t hec dicta sint pro distinctōne
partis ecclesie: partiq; synagoge: quo et
cecitas huius ex illius prudentia manife-
stior fiat: et felicitas illius: ex huius miserā-
da fatuitate premineat. **N**unc tam
scrutemur verba sponsere: sic conemur ca-
stos exprimere sacri amoris affectus: vt nil
in sacro eloquio ratione carens: nil in deco-
rum importunum ve reledisse omnino ap-
pareat. et si in mentem venerit hora illa
dominus iesus (is enim sponsus est) transi-
ret ex hoc mundo ad patrem: simulq; quid
tunc animi gereret sua illa domestica ecclā
noua vtiq; nupta: cum se deserit cerneret q;
si viduam desolatam vnica spe sua: (aposto-
los loquoz qui relictis omnibus secuti fue-
rāt eum: atq; cū ipso p̄manserāt in tempta-
tionibus suis) si hec in q; cogitauerim⁹: nō
ūmerito neq; incōgrue puto videbitur. quā-
tum de abscessu tristis: tantū sollicita exti-
tisse de reditu: presertim sic affecta et sic re-
licta. itaq; diligenti et indigēt hec ipsa du-
plex ratio erat commonendū dilectum: vt
quando quidem persuaderi nō poterat quī
iret et ascenderet vbi erat prius: saltē p̄mis-
suz denuo maturaret aduētū. **Q**d ei optat
et postulat s̄llez fore fer: et ei⁹ mōi fer: q; cur-
su agiltores eē vident. cupientj anī iudiciū
est: cui nihil satis festinatur. **N**onne hoc
quotidie postulat cū dicit in orōe: adueiat
regnū tuū? **E**go tñ p̄ter agilitatē existimo

5. dies: ~

in vnum

quitas iudicis:

nō minus signanter exprimi etiam infirmitatem et quidem sexus in caprea: et tatis in hynnulo. Tult itaq; eū vt mihi videtur et si cū potestate venire: nō tñ in forma dei in iudicio apparere: s; sane in ea i qua nō modo natus: sed et paruulus natus ē nobis: idq; solo de infirmiori & femineo sexu. **L**ur hoc? Nempe vt ex vtroq; ammonet infirmo mētescere in die ire: memineritq; in iudicio misericordiam superaltare iudicio. **E**tenim si iniuquitates obseruauerit (etiā electorū) q̄s sustinebit? Ultra nō sunt munda in cōspectu eius: & i āgelis suis repperit prauitatem. **A**udi deniq; sanctū et electum quid dicat deo. **T**u inquit remissisti impietates peccati mei pro hac orabit oīs s̄ctus i tempore oportuno. **O**pus itaq; habet et scti pro peccatis exorare: vt de misericordia salui fiat: proprie iustitie nō fidetes. **O**mēs enim peccauerūt & omēs egēt misericordia. **E**t ergo cum iratus fuerit misericordie recordetur: rogatur ab ista appere in misericordie hitu in illo de quo apostolus: & habitus inquit iuentus vt homo. **N**ecessarie quidem. **S**i enim cum hoc quoq; temperamēto tāta erit i iudicio equitas: i iudice feritas: in maiestate sublimitas: nouitas in facie ipsa rerū: vt se cū dū prophetam nō possit cogitari dies aduētus eius: quid putas foret si ignis ille cōsumēs (deum loquor: omnipotentes) i illa sue diuinitatis magnitudine: fortitudine: puritate: venisset contra folium quod vento rapitur ostēsurus potētiā suam: et stipulaz sic cam persecuturus? **E**t homo est iquit: & q̄s videbit eū? **E**t quis stabit ad vidēdū eū? **Q**uātomagis deum nobis absq; homie exhibēt: nemo hoīm ferret: vt pote claritate iaccessibilem: celsitudine inattigibilem: incomprehensibilem maiestate: **I**hūc vero cum exarserit i breui ira eius: quam grata propter filios gratie apparebit blāda quedam visio hominis: sane firmamētū fidei: spei robur: fiducia argumētum: q̄s scilicet gratia et misericordia sit i sctōs eius: et respectus i electos illius. **D**eniq; ipse pater deo dedit filio iudicij potestatem: & nō quia suus; quia filius hominis est. **D**e vere patrem misericordiarum. **T**ult per hoīem hoīes iudicari: q̄ i tāta trepidatōe & turbatōe malorum bonis fiduciaz p̄bet nature similitudo. **P**redixerat quōdā hoc seūs dauid orās pariter & pphetās: deo iniquis iudiciū tuū regida & iustitiā tuā filio regis. s; neq; hīc dissonat promissio facta p̄ angelos: qui eo assū

pto ita ad aplos loquebātur. **D**ic iesus qui assumptus est a vobis in celū: sic veniet quē admodum vidistis eū eūtem i celum: hoc ē. **I**n hac ipsa corporis forma atq; substantia. **Q**uāquet ex his oībus sp̄sam i se diuinū habere cōsiliū: & mysterium superne voluntatis minime ignorare: que sub vmbra imbellius imbecillimq; aiantiam: naturam infirmiorē vel poti⁹ inferiorē (quia tam infirma nō erit) in iudicio exhibēdam: & orātis affectu & sp̄i prophetātis enūtiat: quatin⁹ q̄ celus terramq; mouebit in virtute sua accictus potētia cōtra isensatos: suavis nihilomin⁹ & mitis: & quasi oīo inermis: appareat propter electos. **D** **A**bi hoc quoq; addi pōt quia ad discernēdū alterutros a se opus erit quodammodō illi: cuius hynnuli quidē salribus: lumibus capree: quatinus vidē & discernere i tāta multitudine & tāta turbatōe possit i quos nam salire: & quos trāsillire oporteat. ne forte cōtīgat iustum pro imple cōculcari: cum i ira populos cōfriget. **I**am quātum ad impios necesse ē impleatur prophetia dauid: imo sermo domini loquentis per os eius: q̄ comminuat eos vt puluē ante faciem venti: vt lutum platearum delebo eos. **E**t item alius sermo: quē per alium prophetam predixerat impletus nihilomin⁹ tunc cognoscetur: cum ad angelos rediens dicet calcant eos in furore meo: et cōculcavi eos in ira mea. **S**i cui autem magis ita intelligendū videt vt malos potius trāsillire atq; in bonos salire hynnulus noster debeat: nō cōtēndō: tñ cogitet salt⁹ vis postquam iri in discriminationem bonorū malorumq;. **I**am et a me si bene memini ita dictum est in sermone altero: vbi capitulum idem alibi supra et ab auctore positum: et a me expositum nihilomin⁹ repitur. **S**erū ibi secundum dispensationē quidē ḡe: que i p̄nti vita alijs datur alijs nō datur: iusto quēdem dei iudicio: sed occulto: salire et trāsillire is hynnulus dicitur est: hic autē secundū vltimam & variam retributionem meritorū. **E**t forte sensui hūc videat astipulari extreme capituli huius q̄s q̄dem pene oblit⁹ fueram. **D**icēs namq; similis esto dilecte mi capree hynnuloq; ceruorū: addit super mōtes bethel. **N**ec enim in domo dei: q̄s sonat bethel: mali mōtes sunt. **Q**uāobrem saliens i eos hynnulus nō conculcat sed letificat. vt scriptura impleatur que dicit: mōtes & colles cantabunt coram deo laudes. **E**t quidē sunt montes, quos secundū euangelizū tol

Sermo. LXXIII.

lit fides comparata synapi: sed non sūt mōtes bethel. **E**t tenim quicūq; sunt bethel: minime eos tollit fides. sed colit. **Q**uā si p̄ncipatus & potestates necnō et cetera. nihilomin⁹ beatorū spirituum agmina celozūq; virtutes montes sūt bethel: vt de his itelligamus dictum fundamēta eius in mōtib; sctis: nō sane is hynnulus vilis ac cōtēnēdus qui supra tam excellentes montes visus est apparere: tanto angelis melior effectus: quanto differentius p̄e illis nomē hereditauit. **E** **Q**uid ei si in psalmo legitur minoratum ab angelis? **N**ec enī ideo nō melior q̄ minor: nec cōtraria sūt locuti apostolus et ppheta: quippe habētes eundē sp̄itū. **I**am si dignitatis fuit q̄ minoratus est nō necessitatis: nihil plane in hoc bonitati p̄scribitur: sed ascribit. **D**eniq; minoratum ppheta perhibuit nō minorē: attollens gratiam: naturam nō depzimens. **Q**uāq; nec apostolus tacuit hoc magnum magne pietatis sacramētū: sed ait. **E**ū autē qui modico quā angeli minoratus est videmus iesum: propter passionē mortis gloria et honore coronatū: et hec dixerimus p̄ nomine et similitudine hynnuli. quatin⁹ sponso eam iuxta sermonē sponse absq; maiestatis iniuria apraremus. **Q**uid dico absq; maiestatis iniuria: q̄n nec infirmitas in honore ta remāsit: hynnulus est: paruulus est capree quoq; similis phibetur: tanq̄ factus ex muliere: attamē supra mōtes bethel: attamē excelso: celis factus. **N**on dicit excelso: celis ens: vel exiens: sed excelso: celis factus: ne q̄s putet de illa natura dictū: in qua est qui est. **S**ed & vbi p̄feret angelis melior: nihilomin⁹ phibet effectus: et non d̄ manens vel existēs melior. **E**t q̄bus apparet q̄d nō mō in eo q̄d ab eterno est: s; ēt in eo q̄d in tpe factus est: oēm sibi eminetiā v̄dicet supra oēm p̄cipatū & potestatem: supra oēm deniq; creaturā: vt pote primogenitus omīs creature. **I**taq; q̄d stultū est dei: sapientius est hoībus: & q̄d infirmū est d̄i forti⁹ est hoībus. **N**oc quidē ap̄s. **N**ihil autē nō videt errare: si q̄s etiā sapientie et fortitudini angelorū p̄ferēdū dicat idē dē stultū infirmūq; dei. **I**ta ergo p̄ns locus pueniētē aptabit vniūsalī ecclē. **Q**uā ve ro q̄d ad vnā singulariter aīam spectat. nā et vna si deū dulciter: sapientē: vehemēter amat: sp̄sa est. q̄s q̄ spiritualis in semetipso aduertē p̄t: q̄d sibi in p̄p̄riū r̄ideat experimētū. **E**go x̄o q̄d illud ē q̄d in me de hūstimo experiri donatū est: corā eloqui nos

verebor. **N**ā et si vile forsitan cū fuerit auditū: & despicabile videatur: nō mea refert quia qui spiritualis est: nō me despiciet. q̄ minus: nō me intelliget. **A**t tñ si in alius istud sermonē seruauero: forte nō deerit qui edificēt in his q̄ exoratus interi d̄s inspira bit: sponso ecclēsie iesus x̄p̄s dominus noster. qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Sermo. LXXIII. De aduentu v̄ recessu verbi sponso ad animam sanctam.

Euertere iquit. Liquef

r non adesse quē reuocari: affuisse tñ: idq; nō lōge ante: q̄ppe qui dū ad huc abiret reuocari videt. **I**ntēptua reuocatio: magni vnus amoris: magne alterius amabilitatis iudiciū est. **Q**ui sūt isti caritatis cultores amatorūq; tam indefessi sectatores negotij: quoz alterū p̄sequit: alter r̄ū: vrget tam inquietus amor: **E**t mihi quidē vt memini mee p̄missionis incēbit assignare hūc locuz verbo et anime. sed ad hoc vt digne vel aliquātis per fiat: p̄sus ad intro verbi egere me fator. **E**t certe fmo iste decuerat magis expertus: magisq; cōsciū s̄cti & archani amoris: sed nō possū officio de esse meo: nō vestris oīno votis. **P**ericuluz meū video. & n̄ euto: vos me cogit. **P**ro: sus cogitis ambulare i magnis & i mirabilibus super me. **I**deu q̄ vercor: ne subinde audiam. **Q**uare tu enarras delicias meas: et assumis sacmētū meū per os tuuz? **A**udite me tñ hoīem q̄ loqui trepidat: & tacere non pōt. **E**xusabit forsitā ausuz: trepidatio ipsa mea: magis autē v̄sa si puenerit edificatio. **E**t forte he lacrimę pariter videbūtur. **R**e uertere ait. **V**h. abibat: reuocat. **Q**uis mihi huius referet mutabilitatis sacramētū? **Q**uis mihi digne explicet ire et redire verbi? **N**unquid leuitate vtitur sponso? **A**nd quo: venire: seu venio ire queat: qui totum implet: **Q**uem deniq; motum habere localem possit: qui sp̄itus est: **H**ut quē postremo vel cuiuscunq; generis motum das illi q̄ de? **E**t q̄ppe oīo icōmutabil. **A**lex hec q̄ pōt cape capiat. **I**nos autē i expositōe sacri mysticq; eloq̄i caute & simplici ābulates geram⁹ mo: ē scripture q̄ n̄ is x̄bis sapiam i mysterio absconditā loq̄: n̄ is affectib; deū dum figurat: insinuat. notis rex s̄siliū s̄sicutū: tāq; q̄busdā villorū mārie poclis: ea q̄ p̄ciosa sūt i ḡra & iuisibilia d̄i mētib; p̄p̄iat hūanis. **A** **S**equimur p̄n et nos eloquiū casti & suctudiez. **D**icam⁹ q̄s v̄bi d̄i deū sp̄



sum aie prout vult et venire ad aiam et ite-
rum dimittere ea: tantum sensu aie: no ver-
bi motu ista fieri sentiam. Verbi causa: cu
sentit gratia: agnoscit presentia. cum non
absentia querit. et rursum presentia que-
rit: dicens cu ppheta. Exquisivit te facies
mea: facie tua die reqram. Quid ni requi-
rat: neqz eni subducto sibi ta dulci sponso
interim aliquid aliud (no dico desiderare)
sed nec cogitare libebit. Restat igit vt ab-
sentie studiose requirat: reuocet abeuntem
Ita ergo reuocatur verbu et reuocat desi-
derio aie: sed eius aie cui semel indulserit
suauitate sui. Nihilquid no desiderium vox?
Et valida. Deniqz desideriu pauperu inqt
exaudiuit dñs. Verbo igit abeunte: vna in-
terim et continua aie vox continuu deside-
rium ei: tanq vnū cotinuu reuocare: donec
veniat. Et nuc da mihi aiam qua frequē
ter verbu sponsus inuisere soleat: cui fami-
liaritas ausum: cui gustus famie: cui cotem-
ptus oim: oculi dederit: et ego huic incun-
ctater assigno vocē pariter et nomen spon-
se: nec ab ea penitus locū qui in manib⁹ est
censuerim alienū. Talis nepe inducitur lo-
quens. Quē eni reuocat: eius absqz dubio
probat se meruisse presentia: et si no copia.
Alioqn non reuocasset illum: sed vocasset.
Porro reuocacionis verbuz reuertere est
Et forte ideo subtraxit se: quo auidius re-
uocaret: teneretur fortius. Nam et aliqui si
mulabat se loquens ire: no quia hoc volebat:
sed magis volebat audire: mane nobiscum
qm aduersperascit. Et rursum alta vice sup
mare ambulans cu apostoli nauigarēt et la-
bozarent in remigādo: quasi volens prete-
rire eos: nec tunc qdem istud volebat: sed
magis probare fidem et elicere precē. De-
niqz sicut ait euāgelista turbati sunt et cla-
mauerūt. putantes phantasma esse. Ergo
istiusmodi piā simulationē: immo sakurā
dispensationē qua tunc corporaliter verbu
corpus interdū exhibuit: no cessat idē idē
verbu spūs modo spiritali cum deuota sibi
aia sedulo actitare. Preteritē teneri vult
abiens reuocari. Neqz eni hoc irreuocabi-
le verbum. It et redit pro beneplacito suo
quasi visitans diluculo: et subito probans.
Et ire quidē illi quodāmodo dispensatorū:
um: redire vero semp voluntariū est: vtrū-
qz autē plenu iudiciū. Et penes ipsum hoz-
ratio. Nunqzno cōstat in aia fieri huiusce
modi vicissitudines euntis et redeuntis ver-
bi sicut ait. Vado et venio ad vos. Itē. Do

q̄na sp̄s adici pot̄:

q̄ se sp̄s istatit:

dicum et non videbitis me: et iterū modic-
um et videbitis me. Modicum et modic-
um. Modicu lōgum. Pie dñe modicus
viciis q̄b non videm⁹ te: Saluum st verbū
dñi mei: lōgum est et multum valde nimis.
Verū tamen vtrunqz verum et modicum
meritis: et non modicū votis. Dabes vtrū-
qz in propheta. Si morā fecerit inquit ex-
pecta eū: q̄a veniet et no tardabit. Quomo-
do no tardabit si moram fecerit: nisi quod
ad meritū satis est: non est satis ad votum?
Porro aia amans votis fertur: trahit de-
siderijs: dissimulat merita: maiestati oculos
claudit: aperit voluntati: ponens in salutari
et fiducialiter agens in eo. Intrepida de-
niqz et inuerecūda reuocat verbū. et cu3 fi-
ducia repetit delicias suas: solita sa-
te vocans no dñm: sed dilectū. Reuertere
dilecte mi. Et addit. Similis esto capree
hymnuloqz ceruorū: super montes bethel.
Et istud postea. B Hic vero sustine-
te modicu quid inspiciēte mee. Volo dicere
nā et hoc pactus sum: quomodo mecu agi-
tur in eiusmodi. Non expedit quidez. Sed
prodar sane vt proflm. et si pfereritis vos:
meā insipientiā cōsolabor. Fateor et mihi
aduertasse verbū: (in insipientia dico) et plu-
ries. Cūqz sepius intrauerit ad memō sen-
si aliquoties cū intrant. Adesse sensu: affu-
isse recordor: inter dñi et presentire potui in-
troitu eius: sentire nunq. Sed ne exitū q̄-
dem. Nam vnde in aiam meā venerit: quo-
ve abierit denuo eam dimittes: sed et qua
vel introierit vel exierit: etiā nūc ignorare
me fateor: scdm illud: nescis vnde veniat:
aut quo vadat. Nec mirū tamen q̄a ipse est
cui dictū est: et vestigia tua no cognoscent.
Sane per oculos no intrauit: q̄a no est co-
loratū. Sed neqz per aures: q̄a non sonuit
Sed neqz per nases: q̄a no aeri miscetur:
sed mēti: nec infecit aerem sed fecit. Neqz
vero per fauces: q̄a no est mansum vel hau-
stum. Nec tactu cōperi illud: q̄a palpabile
no est. Quia igitur introiuit? An forte nec
introiuit quidē: q̄a no de foris venit. Neqz
eni est vnum aliquid: ex his que foris sunt.
Porro nec de intra me venit: qm bonū est
et scio q̄b no est in me bonū. Ascendi etiā
superius meū: et ecce supra hoc verbū emi-
nens. Ad inferius quoqz meū curiosus ex-
plorator descēdit: et nihilominus infra in-
uentū est. Si foras aspexit: extra offe erte-
rius meū cōperi illud esse. Si intus: et ipsū
interius erat. Et cognoui veruz quidē esse

Sermo. LXXIII.

quod legeram: q̄a in ipso minim⁹ mouemur
et sumus. Sed ille beatus est in quo ipsum
est: qui illi viuit: qui eo mouet. Queris
igitur cū ita sint oino inuestigabiles vie ei?
vnde adesse nozim? Auiū et efficac est: mor-
q̄v intus venit expergefecit dormitantē
aiam meā: mouit: et emolluit: et vulnerauit
cor meū: qm durū lapideumqz erat: et male
sanū. Lepit quoqz euellere et destruere: edī-
ficare: et plantare: rigare arida: tenebrosa
illuminare: clausa referare: frigida inflam-
mare: necno miterē praua indirecta: et as-
pera in vias planas: ita vt benediceret aia
mea dño: et oia que intra me sunt nomi san-
cto eius. Ita igitur intras ad me aliquoti-
ens verbū sponsus nullis vnq̄ introitū su-
um indicijs innotescere fecit: non voce / non
specie / no incessu. Nullis deniqz suis mori-
bus oportum est mihi. nullis meis sensib⁹
Illapsum penetrabilibus meis. tantū ex mo-
tu cordis sicut prefatius sum itellexi p̄sen-
tiā eius: et ex fugavitiorū carnaliūqz p̄ref-
sōe affectuū aduerti potentia virtutis ei?
et ex discussione sine redargutione oculo
rū meorū ammiratus sum pfunditatez sa-
plentie ei? et ex quātulaciūqz emēdatione
morū meorū expertus sum bonitatem mā-
suetudinis ei? et ex formatione ac renoua-
tione spūs mētis mee. id est iterioris homi-
nis mei percepi vt cunqz specie decoris ei?
et ex cōritu eorū oim simul expaui multi-
tudinē magnitudinis ei?. Quis dñe q̄a hec
oia vbi abscesserit verbū quodā illico lāguo-
re torpentia perinde iacere incipiunt: ac si
cacabo bullienti subtraxeris ignez: et hoc
mihi signū abscessionis ei? tristis sit neces-
se est aia mea: donec iter reuertat: et soliro
recalescat cor meū intra me / idqz sit reuer-
sionis indicij. Tale sane experimē-
tum de verbo habēs: quid mirum si et ego
vsurpo mihi vocem sp̄s in reuocādo illud
cu3 se absentauerit: qui si no equali: simili-
tū desiderio feror? Familiare mihi erit q̄
ad vteroz pro verbo reuocacione reuocatio-
nis verbū: q̄v itiqz reuertere est. Et quoti-
ens elabet. totiens repetet a me. nec cessa-
bo clamitare quos post tergū abeuntis ar-
denti desiderio co: dis vt redeat et reddat
mihi leticiā salutaris sui: reddat mihi seip-
sum. Fateor: filij / nil iterim aliud liber vuz
no p̄festo est: q̄b solū libet. Et hoc oroz no
vacuū veniat: sed plenu ḡe tveritatis. mo-
re vtiqz suo / sicut heri et nudius tertius. In q̄
mihi similitudinē capree et hymnuli exhibi-

tū iri posse videtur: cū veritas. capree ocu-
los habeat: ḡfa hymnuli hilaritate. Atragz
res necessaria mihi: et veritas quidē cui ab-
scondi non possum: gratia autēz cui nolim.
Alioquin sine alterutra visitatio plena no
erit. cū et illius seueritas absqz hac onero-
sa: et hui⁹ hilaritas absqz illa dissoluta pos-
sit videri. Amara est veritas sine condimē-
to gratie: sicut absqz veritatis freno leuis et
nesciens modū plerūqz et insolens ipsa de-
uotio. Quā multis no profuit gratiā per-
cepisse: pro eo quod tēperamentū de veri-
tate pariter no acceperūt. Et hoc pl⁹ quā
oportuit cōplacere sibi in ea: vū veriti no
sunt veritatis obtutus: dum no respererūt
ad capree maturitatē: magis autē se totos
hymnuli leuitati hilaritatisqz dederūt. In-
de factū est vt in qua priuatim exultare vo-
luerant ḡfa priuarētur: quibus vel sero vi-
ci potuerit. Eūtes ergo discite quid sit ser-
uite dño in timore: et exultare ei cū tremo-
re. Dixerat deniqz sancta aia quedā in abū-
dantia sua no mouebor in eternū: cū subito
sensit auersam a se facie verbū: seqz non mo-
do motam: sed etiā cōturbatā: et sic in tri-
sticia didicit opus fuisse sibi cu3 munere q̄-
dem deuotionis etiā pōdere veritatis. Er-
go no sola gratia / plenitudo gratie est: sed
ne in sola quidē veritate. Quid prodest sci-
re: quid te oporteat facere: si no detur et vel-
le facere? Quid si velis quidē: sed minime
possis? Quātos expertus sum / agnitae ve-
ritate tristiores: et ideo magis q̄b iam con-
fugere ad ignorātie excusationē no liceat
scientes et no facientes q̄ veritas hortare
tur. Que cū ita se habeant: neutru sine al-
tero sufficit. Parū dixi: no expedit quoqz.
Unde id scim⁹? Scienti (inquit) bonū et no
facienti: peccatū est illi. Item. Seruus sci-
ens voluntatē dñi sui et non faciēs digna:
vapulabit multis. Et istud pro par-
te veritatis. Pro gratie q̄d? Scriptum est
Et post buccellas introiuit in eū sathanas
Judā loquū qui accepto mīere ḡe q̄a in
veritate no ambulabat cū veritatis mḡfo-
vel potius cū magistraveritate: locuz in se
dyabolo dedit. Audi adhuc. Libavit illos
et adipe frumēti: et de petra melle fatu-
uit eos. Quos? Inimici dñi mētiti sunt et.
Quos melle cibavit et adipe. Mētiti sūt
ei facti inimici: q̄a veritatē gratie no iun-
rūt. De q̄b? alibi habes. Filij alieni mētiti
sunt mihi: filij alieni iueterati sunt: et clau-
dicauerūt a semitis suis. Quid ni claudi-

exp̄ctā p̄ntel q̄o?



carent vno gratie pede contenti: et non ap-
ponentes veritatem: Erit igitur tempus eor-
um in secula: sicut et principis ipsorum qui et ipse
in veritate non stetit: sed fuit medius ab in-
tentione. Ideo quod audiuit. Perdidisti in decore
tuo sapientiam. Holo decorem qui mihi sapien-
tiam tollat. Queris quis ille tam notus: tam
permissus decor: Tu? Adhuc forte si-
ne intellectu es? Plantius audi. Pruar?
pprius. Non culpamus donum: sed usum. De-
nitque si aduertisti: non in decore: sed in suo de-
core dictus est. ille perdidit sapientiam. Et
ni fallor: vnus angelus animeque decor ipse est.
Quid enim vel hec vel ille absque sapientia:
nisi rudis desormis materia est? Ea ergo
ille non modo formatus sed et formosus fuit.
Sed perdidit eam cum fecit suam: vt non sit aliud
in decore suo: quam in sua sapientia perdidit
se sapientiam. Propter in causa est. Quod
sibi sapiens fuit: quod si dedit gloriam deo: quod non
retrahit gratiam pro gratia: quod non secundum veritatem
ambulauit in ea: sed ad suam eam retor-
sit voluntatem: tunc est cur eam perdidit. im-
mortalis est quod ea perdidit. Et tunc sic ha-
bere perdidit. Et si abraham inquit ex ope-
ribus iustificatus est: hanc gloriam: sed non a-
pud deum. Et ego. Non ergo in tuto inquam
perdidit quicquid habet non apud deum. Hanc quod
tam perditum: quam quod extra deum exultat?
Quid mors nisi prauiatio vite? Ita nihil per-
ditio: nisi alienatio a deo est. Ne qui sapien-
tes estis in oculis vestris: et coram vobismet
ipsis prouidentes de vobis dicit. Perdidit sapias
sapientiam et prudentiam prudentium reprobo. Per-
didit sapias sapientiam: quia sua sapientia perdidit
eos. Quid non perdidit: quod ipsi perdidit sunt?
An vero non perdidit: quos nescit de? Por-
ro autem virgines fatuae (quas quod non aliunde
fatuas puto: nisi quia dicentes se esse sapientes:
stulte facte sunt) Ideo inquit a deo audire habent
nescio vos. et ite illi qui gratia miraculorum ad
sua usurpauerunt gloriam: nihilominus au-
dituri sunt: quia non noui vos. vt liquido ex
his clarescat gratiam non prodesse: vbi ve-
ritas non est in intentione: sed obesse magis.
Et quidem penes sponsum vtraque res. De-
nitque gratia et veritas per ipsum christum facta
est. aut iohannes baptista. Si ergo cum vna qua-
uis harum sine altera pulsauerit ad osium
meum dominus iesus (ipse est enim de verbis
aie sponsus) intrabit sane non tamquam sponsus: sed
tamquam iudex. Absit. nequaquam fiat hoc. Non in-
tret in iudicium cum suo suo. Intret pacificus: in-
tret locutus et hylaris: maturus tamen et ser-

qz no hnt decora

us intret: quod seueriori quodam veritatis vultu
in me dum in violentiam repunit: purget letitiam
Intret quasi hynnulus saltans: qui caprea
circuspectus: qui culpam dissimulando iras-
ciat: pena miserando respiciat. Intret quasi
descendens de montibus bethel reitum? et imple-
ditus quasi procedens a patre: suavis et mi-
tis qui non dedignetur dici? et fieri sponsus
anime querentis se: cum sit super omnia de-
us benedictus in secula Amen.

Sermo. lxxv. Deus querendus est
debito tempore modo et loco: et que nunc est tempus
in quo quisque per bona opera potest inueni-
re deum ac suam operari salutem.

In lectulo meo quesui p
noctes que d. a. mea. Non est reuer-
sus sponsus ad vocem et voru reuo-
cantis. Quare? At desiderium crescat: vt pro-
betur affectus: et exerceat amoris negotium
Sane ergo dissimulatio est. non indignatio
Sed iuperest vt queratur si forte reperiat
questus qui vocatus non venit: dicente dno:
ois qui querit inuenit. Porro verbum reuo-
cations tale est. Reuocare est simulare dile-
cte m. c. h. q. ceruorum. Ad quam vocem cum
non est reuertus vnus ob illas causas que di-
cte sunt: hinc ista que amat facta cupidior:
mor sese ad requirendum tota audacitate dedit
Et primo quidem querit illum in lectulo: sed mi-
me inuenit. Surgit inde: et circuit civitatem:
it et redit per plateas et vicos: et non occur-
rit neque apparet. Interrogatur quique for-
te occurrerint: nihilque certi reportat. He-
que vicis vnus: aut vnus noctis questio hec
et hec frustratio: cum dicat ista que quesui per
noctes. Quid hoc desiderium? et ardores: vt
surgens de nocte publicum non erubescat: per-
currat civitatem: per circuitur palam et passim
de dilecto: atque a vestigiis seminis eius
nulla valeat ratio auerit: nulla prepediri diffi-
cultate: non tempestine retineri amore que-
tis: non sponse veredidia: non vel timore no-
cturno: Et tamen in his oibus frustrata est
vsque adhuc a desiderio cordis suo. Quare?
Quid sibi vult pertinax hec et diuina frau-
datio tediorum nutriti: suspitionum fomes:
ipati etie fat: nouerca amoris: mif despera-
tois? Si adhuc dissimulatio est: nimis est mo-
lesla. Est quod pie vtiliterque interim fuerit
dissimulatum: donec in sola adhuc vocatone seu
reuoctatione res erat. Hinc vero cum requirit
et ita requirit: quod iam sperare poterit dissimula-

Sermo. LXXV.

tio? **A** Si de carnalibus spousis et ipso-
pudendis amoribus questio est: sicut litte-
ralis superficies preluisse videtur: et si iter
illos talia contingere queat: mea non interest
ipsi viderint. Quod si animarum querentium
dominum mentibus et affectibus pro quantum
locunquos posse meo respondere et satisfacere
me oportet: erudenda sane de scriptura scita
in qua se vitam hanc confidit: eovitale aliquid
quo spirituale: vt edat paupes et saturantur
et viuunt corda eorum. Et quid tam cordium
vita que dominus meus iesus: de quo aiebat que eo
viuebat. quia cum christus apparuerit vita vna
tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria? Ipe
ergo ad medium veniat quod et nobis veraciter
dici possit: medius autem vestrum stat que vos
non scitis. Quia que nescio quod non sciam a spiri-
tibus sponsus spous: qui tamen ita in spiritu prece-
runt vt possint dicere cum propheta: spiritus
ante faciem nostram christus dominus. et cum apo-
stolo: et si cognouimus christum secundum car-
nem: sed nunc iam non nouimus? Nonne is est
quem sponsa querebat? Is vere est sponsus:
et amans et amabilis. Is inquit vere sponsus
sicut caro eius vere est cibus: et sanguis eius
vere est potus. et totum quod de ipso est vere
est. quando ipse est non aliud sane quam ipsa
veritas. **B** Verum is sponsus quid est
quod non inuenitur questus: cum requira-
tur tam studiose et impigre: nunc quidem in
lectulo: nunc vero in citate: aut etiam in plateis
vel vicis: ipse autem dicat querite et inuenie-
tis: et qui querit inuenit: propheta quoque lo-
quatur ad dominum bonus es domine anime
querenti te: et ite sanctus ysaia querite do-
minum dum inueniri potest: Quomodo er-
go implebuntur scripture? Neque enim que
hic inducitur querens: vna est et hinc quibus ipse
ait. Queritis me et non inuenietis. Sed et at-
tende tres esse causas que interim occurrunt
et querentes frustrari solent: cum aut videlicet
non in tempore querunt: aut non sicut oportet
aut non vbi oportet. Si enim omne tempus
aptum est ad querendum: cur ergo dicit pro-
pheta quod iam memorauimus querite dominum
dum inueniri potest? Erit absque dubio cum inue-
niri non poterit. et ideo addit vt inuocetur
dum prope est. quoniam futurum est iam non
prope futurum. Et quoniam tunc non req-
retur? Mibi inquit curuabitur omne genu: et c.
Nec tamen inueniet ab impiis. quos viroses as-
geli arcebunt profecto: et tollent ne videant
gloriam dei. frustra clamabunt et fatue vir-
gines anime. prout iam ad eas erit clausa ia-

na. Sibi proinde dictum putent ille: que-
retis me et non inuenietis. Ceterum nunc
tempus acceptabile: nunc dies salutaris sunt.
tempus plane et querendi: et inuocandi quasi
plerumque et antequam inuocetur: adee se-
titur. Audi denique quid polliceatur. Ante-
quam me inuocetis (inquit) ego dicam ecce as-
sum. Nec latuit benignitas hec et inuocandi quasi
temporis quod nunc est: illi qui in psalmo
loquitur. Desiderium pauperum exaudiuit do-
minus: preparatione cordis eorum exaudiuit
auris tua. Ad et si per bona opera queritur
deus: ergo dum tempus habemus. opere-
mur bonum ad omnes: preesertim quia domi-
nus aperte prenuntiat venire noctem quam
do nemo potest operari. Tu ne aliud ad que-
rendum deum: ad operandum quod bonum est.
reperiturus es tibi tempus in seculis vt tu-
ris preter hoc quod constituit tibi deus in
quo recordetur tui? Et ideo dies salutaris: quia
in his ipse deus rex noster ante secula ope-
ratus est salutem in medio terre. Ergo tu
in medio gehenne expectato salutes: que iam
facta est in medio terre. Quam tibi somni-
as prouenturam inter ardores sempiternos
facultatem veniam promerendit: cum iam tra-
suerit tempus miserendi? Non relinquatur
tibi hostia pro peccatis mortuo in peccatis
Non crucifigitur iterum filius dei: mortuo
est semel: iam non moritur. Non descendit
ad inferos sanguis qui effusus est super ter-
ram. Biberunt omnes peccatores terre: si
est quod sibi ex eo vendicet demones ad re-
stinguendos focos suos. sed neque homines
focis demoniorum. Semel illo descendit non sa-
guis: sed anima et hec portio eorum qui in
carcere erant: vna illa visitatio que tunc fa-
cta est pro presentiam anime: cum corpus pe-
deret exanime super terram. Sanguis ar-
dam rigauit: sanguis infudit terram et ier-
briauit eam: sanguis qui in terra et qui in celis
sunt pacificauit. Non autem et que apud inferos.
nisi quod semel illo (vt dixi) anima eius excurrit
et fecit ex parte redemptionem: ne vel eo mo-
menti vacaret opera pietatis: sed ultra non adif-
ciet. Ergo nunc tempus acceptabile et aptum
ad querendum: in quo plane que querit inuenit: si tamen vbi
et vti oportet querit. Et hec vna causa que impedire
potest ne inueniat sponsus a querentibus se: cum
non querit in tempore oportuno. At non ea impedire spon-
sas: nempe inuocantem et querentem in tempore
Sed ne illa quidem cum tepide aut ne-
gligenter perfunctorie queritur. nam cor-
de ardenti et omnino infatigabiliter que-
retis me et non inuenietis.

vide qz cas qz no in-
uenit

2. cu:

riplane vt decet. **C** Restat vt de ter-
tia videamus: ne videlicet vbi non decet q-
rat. In lectulo meo quiescit que diligit aia
mea. An forte nō in lectulo querēdus erat
sed in lecto: quippe cui orbis angustus est?
Sed nō horreo lectulū: qui noui paruulū
Paruulus deniq; natus est nobis. Exulta-
tu et lauda habitatio syon: q̄a magn⁹ in me-
dio tui sc̄tus israel. Et idem dñs i syon ma-
gnus: apud nos paruulus: apud nos infir-
mus reperitus est: exyno tacere. ex altero
in lectulo iacere habēs. An nō lectulus tu-
mulus: an nō lectulus p̄sep̄si: an non lec-
tulus verus virginis? Hecq; enim magni
parris vter? lectulus est: sed lect⁹ magn⁹.
De quo ad filiū exytero iquit ante lucifer
genui te. Quāq; ne lectus quidē forsitan
digne cēsendus sit vterus ille qui regentis
potius: q̄ iacētis est locus? Admens enī
in patre: regit cum patre vniuersa. Deniq;
nō iacere sed federe ad dexterā patris filiū
fides i dubitata habet: ipe celū sibi sedē ef-
se nō lectū phibet. vt scias illū in suis id est
in superis nequāq; solatia habere infirmi-
tatis: sed potestatis insignia. Merito pro-
inde sponsa ponens lectulū dicit suū: quia
om̄e qd̄ ifirmū est dei nō de proprio illi ma-
nifestū est: s; de nostro. Ex nobis assumpit
que pro nobis sustinuit: nasci/ lactari/ mo-
ri/ sepeliri/ mea est mortalitas nati: mea in-
firmas paruuli/ mea exspiratio crucifixi/
mea sepulti dormitio. Que priora transe-
runt. et ecce noua sunt oia. In lectulo meo
q̄sui que diligit aia mea. Quid? In tuo q̄-
rebas: qui se iā in suo receperat? Hō vide-
ras filiū hōis ascendētem vbi erat prius?
Jam celū tumulo pmutauit stabulo: et tu
illū in tuo adhuc lectulo queris? Surrexit
nō est hīc. Quid queris in lecto fortē: in le-
ctulo magnū: clarificatū in stabulo? Intro-
iuit in potētias dñi: decore induit forntu
